



Wd. 25.  
3.

Hoc  
Volumine comprehenduntur sequentes  
Illustrissimi  
Christiani Petri Matis,  
Dissertationes:

1. de Validitate conjugii invitio parentibus contracti et per benedictionem sacerdotis depositi consummati
2. de pactis dotilibus.
3. de iustitia oppositione Iuris maiestaticorum superiorum Territorialium et reservatorum imperatorum
4. de officio Directorum et Disciplina circulationi in executione sententiarum.
5. de Tutelis.
6. de Vindictis Iuri Maiestatici circa sacra.
7. de Causa ab Baronibus Ritorum praestitam
8. — Iudicio seu censura monum.
9. — de non ente actionis fori contra adficantem ex amulacione
10. — Dissertationes Iuri Civili et Canonici in doctrina de Testamento.
11. — de defensione Ordinis Ecclesiastici.
12. — de estimatione famae et infamiae extra rempublicam.
13. — Iudice sententiam in causa criminalibus statim ab iure removente
14. — Foro competenter et sub actione pro professa te Civili.
15. — Vindicta distinctionis inter paragia et capite magna.
16. — Usu practico doctrinae de insedimentis marini missione.
17. — Usu practico Denuntiationis Evangelicae.
18. — Usu practico Titulo Institutionum de his qui sui vel alieni iure sunt.

19. de Uso pratico doctrinae Institutionum  
de Rebus.
20. — Regalibus suis Principiorum Germania  
cicca acquisitionem praeceptu
21. — Iure ademptamente literarum Cambiorum  
bonorum causa
22. — de revocatione tacita mandata  
Iudiciale
23. — practicus iure patronatus Ecclesie  
non Protestantium vulgatio capitulo
24. — remissione tacita ignorantie non confessi  
Iure expressum sibi facit creditor  
in nobis expognitionem.
25. — obligatione ex promissione rei in  
certa
26. — onere probandi in actione negati-  
na.
27. — de uso pratico f. 1; In his quibus  
modis iuris patriæ potestatio
28. — de remissione tacita ignorantie. Hypotheca  
per accensionem sirogatis novi ad fidem ipsius
29. — emendatione administrationis super  
negligibili negoti impossibile valde in difficultate.
30. — aequitate cerebrina et ex quo non  
practicò Legis tractassemus.
31. — emendandis arbitrio huius et tractationis  
in materia iudicamenti parti a parte in iudicio  
delati.
32. — charactere et circumscriptione c. Medicis  
ad curanda iudicata processu adibendis.
33. — Hypotheca tacita propter pecuniam iustitia
34. — de presumptione furoris atque dementia
35. — fatuitate breviori vulgariter causa fatua  
excausat a dolore.
36. — de rebus differentiis intutu sedulius inventi
37. — ex promissi facti libet proposito quoque domine
38. — protractione iuris per admissibilem composi-  
tionem partio litigantis a iudicio  
entandam.

16.

DISSERTATIO INAUGURALIS  
USU PRACTICO  
DOCTRINÆ  
IMPEDIMENTIS  
MANUMISSIONIS,

RECTORIBUS MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-  
DENE. RELIQUA

*Ex decreto & auctoritate illustris Jutorum ordinis*  
PRÆSIDE  
**Dn. CHRISTIANO THOMASIO,**  
POTENTISSIMI BORUSSIÆ REGIS CONSILIARIO  
INTIMO, UNIVERSITATIS FRIDERICIANÆ DIRECTORE  
AC PROFESSORE PRIMARIO, ET FACULTATIS JURIDICÆ  
ORDINARIO,

**PRO LICENTIA,**  
Summos in utroque jure honores & privilegia Doctoralia  
legitime consequendi,

IN AUDITORIO MAJORE  
*Ad D. 9. April. Anno M DCCXII. hora ante & pomeridianis*  
publico eruditorum examini submitit

**CHRISTIAN GEORG RICKEMANN,**  
Lüneburgensis.

**HALÆ MAGDEBURGICÆ, LITERISSALFELDIANIS.**



10  
DISERTATIONE  
USI PRACTICO

DOCTRINAE

IMPERIUM

CHRISTIANO

THEODORO

CHRISTIANO

THEODORO

CHRISTIANO

THEODORO

CHRISTIANO

THEODORO

CHRISTIANO

THEODORO

CHRISTIANO

THEODORO



C A P. I.  
Explicatio & emendatio In-  
stitutionum de Lege Aelia  
Sentia.

S U M M A R I A.

Legis Aelia Sentie dispositio de manumissionibus servorum. §. I. Caput de prohibita manumissione in fraudem creditorum. §. II. Quomodo differat ab actione Pauliana. §. III. An actio Pauliana posterior fuerit legi A. S. §. IV. Falsa ratio differentiae, quod libertas semel data non possit revocari; §. V. Talis est illa, quod lege A. S. respiciat tantum manumissiones testamentarias. §. VI. Genina differentia actionis Pauliana & legis A. S. ac eius usus. §. VII. Sensus legis A. S. §. IX. etiam militum manumissiones resipientis. §. IX. In fraudem, i. e. tam quoad consilium, quam eventum. §. X. Excipiuntur manumissiones fideicommissaria. §. XI. Ex quo tempore estimandum consilium. §. XII. An consilium fraudandi priores creditores proficit etiam posterioribus. §. XIII. Rationes dubitandi. §. XIV. Antinomia. Nostra sententia.

4 DE USU PRACTICO DOCTRINÆ

tia. §. XV. Limitatio hujus capitatis, si servus heres institueretur, §. XVI. et si non bona frugis, §. XVII. modo alius heres non esset in testamento scriptus. §. XIX. Alterum caput legis de minore viginti annis. §. XIX. Exceptio quoad manumissionem testamentariam certo casu. §. XX. Consilium hoc loco, quid? §. XXI. Justa manumissionis causa. §. XXII. Aliae §. XXIII. De manumissione procuratoris futuri. §. XXIV. Manumissio mulieris matrimonii causa. §. XXV. Hujus causa ulterior declaratio. §. XXVI. Impedimentum justæ causa supervenientis. §. XXVII. Quid de feminis nubere volentibus dicendum. §. XXVIII. Quid si uxum servum tantum habeat minor. §. XXIX. Aliae causa infinita. §. XXX. Earum nova exempla. §. XXXI. Causa semel probata non retrahabatur. §. XXXII. Quia tamen positio non est extendenda. §. XXXIII. Aetas servorum ipsorum etiam in lege A. S. expressa. §. XXXIV. Ratio legis A. S. intuitu minorum manumittentium. §. XXXV. Utilitas scilicet Reipubl. non minorum. §. XXXVI. Inconvenientia rationis, quod libertas fit res inestimabilis. §. XXXVII. Absurditates variae inde fluentes. §. XXXVIII. Abrogatio Justiniani §. XXXIX. varia & inconstans. §. XL. Varii errores Justiniani hic commissi. §. XLI. Ejus ratiocinatio prima. §. XLII. plane aberrans a sensu legis, §. XLIII. cum tamen eam ignorare non potuerit, §. XLIV. & male inferens §. XLV. ab actibus ult. volunt. ad actus inter vivos. §. XLVI. & a dispositione testamentaria de reliquis bonis ad omnia, §. XLVII.

§. XLVII. male intellecto Cajo. §. XLIX. Inconveni-  
entia secunda ratiocinationis. §. XLIX. Imo ipsa abroga-  
tio non coberet. §. L.

§. I.



Ariis modis coercuit lex *Ælia Sentia*  
sub Augusto lata (a) nimiam licen- Legis *Ælia*  
tiam & abusum manumissionum, (b) *Sentia dispo-*  
aut etiam pæctorum (c) manumis- *sitio de ma-*  
A 3 fioni- *numissioni-*  
bus servorum

(a) Sexto *Elio Catulo*, Ca-  
jo *Sentio Saturnino Consuli-*  
bus, anno post U.C. 756, quo  
anno Tiberius adoptatus est  
ab Augusto. *Paterculus lib.*  
2, cap. 103. Anton. *Augustinus de LL. & SS CC. sub hac*  
*Lege.*

(b) Primo de deditiis li-  
bertis, de quo jam egit *Jusfi-*  
*nianus sub tit. Insti. de libert.*  
§. ult. Secundo de manumis-  
sionibus in fraudem credito-  
rum factis; Terrio de manu-  
missionibus minorum XX.  
annis, de quibus duobus ca-  
pitibus agitur in tit. Insti. qui  
ex quibus coufus.

(c) Alio enim capite prohi-  
bebat Lex *Ælia Sentia*, ne  
Patronus servos aut ancillas

jure jurando adigeret, ne li-  
beros tollant, aut nubant.  
Quod si fecerit, jus Patro-  
natus perdant. Ipsum ve-  
ro jusjurandum Lege Ju-  
lia de maritandis ordinib-  
us remittebatur *l. adigere 6.*  
pr. & §. 4. l. qui contrav. ff. de  
jure Patronatus *l. quasitum 31. l.*  
32 pr. qui & a quibus 1.3. §. si quis  
s. de suis & legit, hered. Eadem  
Lege prohibebantur etiam  
Patroni libertos obligare, ut  
mercedem operarum præ-  
stent, onerandæ libertatis  
causa. Mercedem tamen  
sponte datam capere pote-  
rant. Imo ne quidem rever-  
dere licebat operas liberis.  
Pœna erat amissio bonorum  
possessionis contra tabulas li-  
berti,

## 6 DE USU PRACTICO DOCTRINÆ

tionibus adjectorum. (d) Occasio ejus & historia exposita.

berti, & forte totius juris Patronatus, d. l. 6. §. 1. de jure Patronat. l. ult. §. 1. & 2. qui & a quibus. l. Julianus 27. de bonia libert. Sed hæc capita ad nos non pertinent, quia non agunt de impedimentis libertatis.

(d) Ex Lege Elia Sentia etiam libertus ut ingratuus accusari poterat, l. 70. de V. S. l. 30. collata cum inscriptione sua qui & a quibus. Sed an per hanc accusationem libertus revocaretur in servitum, ut vulgo statuunt, dubium est. Et verius est non revocari, sed potius agi ad penam extraordinariam, quæ quandoque ad revocationem in servitum extensa fuit. Cujacius lib. X. obs. 33. & lib. XXI. obs. 6. ubi etiam docte respondet ad leges obstantes. Seduxit interpres Suetonius, qui nimis generaliter scriptis Claudiūm ingratos libertos, de quibus Patroni querentur, revocasse in servitum, cum tamen extra ordinem id tantum factum fuerit in casu plane speciali, de quo loqui-

tur J. C. tūs: in l. 5. ff. de jure Patronatu. Quamvis etiam constitutio Claudiū generalis, si quæ fuisset, longe posterior fuisset Lege Elia Sentia. Et vel ideo Cujacii doctrina præ communī sententia placet, quia Seneca prolixè docuit, non dari posse actionem ingratū in libro de beneficis scil. ingratū simplicis & quæ non sunt conjuncta cum injuria vel damno dato. Atinjuria pregnans habuit diversos gradus, quibus uniformis pena revocationis in servitum nequaquam applicari poterit. Unde & Leges memorant, libertos ingratos diversis penis fuisse coēcitos l. 1. & l. 5. de jure Patron. Dicitur Wissenb. adl. 70. de V. S. Denique eadem lex Elia Sentia liberto potestatemedit, si Patronus eum non a luens, ut possit libertatis causimposita non prestare, atque Patronus hereditatem legitimam amitteret. l. 33. de boni liberi. Quod autem Antonius Augustinus de LL. & S. C.

exposita jam fuit a Dn. Præside alibi. (e)

## §. II.

Ad nostrum scopum pertinent duo capita de im-  
pedimentis libertatis: quorum unum agit de his qui manumisso-  
in fraudem creditorum manumiserant. Hos nihil ne in frau-  
egisse dicit Imperator, quia lex *Ælia Sentia* impediverit dem credito-  
liber- rum.

S. C. ad h. l. in fine putet: in  
Novella 162, cap. 1, hujus Legis  
*Ælia Sentia* caput quoddam  
reprehendi, quo videbatur  
denegari uxori actio ex  
donatione viri constante ma-  
trimonio, erroneum est: lo-  
quitur enim dicta Nov. non  
de Lege *Sentia*, sed Cincia,  
vide Brummer. ad leg. *Cinciam*  
c. 15. n. 1.

(e) In dis. de usu practico  
distinctionis in ingen. & lib.  
cap. 1. §. 19. ex Dionysio Halicar-  
nasseo, ubi etiam §. 20. seq.  
latius expositum fuit caput  
de deditiis libert. Optan-  
dum equidem esset, ut ver-  
ba legis *Ælia Sentia* habere-  
mus, nam excerpta de sensu  
ejus, quæ in legibus Justinia-  
neis. & compendium ejus,  
quod Dio & Suetonius refe-  
runt, ad dubia a DDBus mota-  
& erroneous explicationes tol-

lendas non sufficiunt, unde  
conjunctionis verosimilibus,  
hic debemus esse contenti.  
Verba Dionis hæc sunt: lib.  
55. p. m. 56. ex Xylandri &  
Leunclavii interpretatione,  
„Quia multi multos manumis-  
serabant, atatem quam & ma-  
numittens & manumittendus  
habere deberent, juraque  
„quibus ergo libertos cum aliis  
cum ipſi Patroni uerentur,  
accutare constituit. Sueton.  
cap. 40. „Servos non contentus  
multis difficultaribus a libertate  
te, & multo pluribus a liber-  
tate justa removisse, cum &  
de numero, & de conditione  
ac differentia eorum, qui  
manumitterentur, curiositate  
vixit, hoc quoque adiecit, ne  
vincti unquam storciique quis  
ullo libertatis genere civitas  
tem adipisceretur.

(f) Pr. J.

8 DE USU PRACTICO DOCTRINÆ  
libertatem. (f)

Quomodo  
diffinit ab  
actione Pau-  
liana.

Non sine causa (g) hic initio quærunt DD. quid  
opus fuerit lege Ælia Sentia, cum jam actio Pauliana  
data fuerit, ad revocanda ea, quæ in fraudem cre-  
dito-

(f) Pr. j. qui & ex quibus  
causis. Desumptum videtur  
hoc principium ex Cajo. Hic  
lib. i. Inst. tit 3. „Non tamen  
„omnes Domini servos suos mar-  
„namistere possant. Nam si  
„aliquis multa debita habeat,  
„cujus substancia a creditoribus  
„teneatur obnoxia, si in frau-  
„dem creditoris sui, servos suos  
„manumittere voluerit, collata  
„manumissio non valeat. Ad-  
dit & alium casum similem  
Cajus, Justiniano omis-  
sum: „aut si libertus civis Ro-  
„manus filios liberos non ha-  
„buerit, & in fraudem Patro-  
„ni sui servos suos manumis-  
„tat, similiter data manumissio  
„non valeat. Et ne quis pu-  
„tet, hunc ultimum casum  
non pertinere ad Legem Æ-  
liam Sentiam, docet Ulpia-  
nus tit. i. §. 15. „Eadem lex  
„(Ælia Sentia) in fraudem  
„creditoris & Patroni manu-

„mittere prohibet.

(g) Cavenda enim in ex-  
aminandis & explicandis le-  
gibus Romanorum sunt duo  
præjudicia; ne nimis admi-  
remur justitiam & pruden-  
tiatum Romanorum cum Albe-  
rico Gentili de justitia armo-  
rum Romanorum, & pleraque  
genti Criticorum, qui se pi-  
aculum committere arbit-  
rantur, si Romani ab illis  
memorentur & non simul  
addatur, cordatissimi illi mor-  
talium, vel quid simile. Tan-  
quam si aliae gentes in com-  
paratione ad Romanos fungi  
fuerint, & cerebrum in calca-  
neo gestaverint. Et etiam  
ne putemus, Romanos in fe-  
rendis legibus nullam plane  
adhibuisse prudentiam, &  
ne recurramus ad Asylum  
ignorantiz, videlicet, non omnipi-  
um ff. de LL.

(h) i. A.

ditorum alienata sunt. (h) Sed ut hoc dubium tol-  
lant, non videntur responsiones suppeditare, quæ  
satisfaciant ingenuo juris cultori,

## §. IV.

Forte omne dubium cessaret, si haberemus *An actio Chronologiam actionum, (i) si ostendere ex illa pos- Paulianam possemus, actionem Paulianam esse posteriorem lege posterior lege A. S.* *Ælia Sentia, & per eam, quæ ab Augusto in specie de manumissione in fraudem creditorum facta disposita erant, a Prætore Patulo fuisse extensa ad quasvis alienationes in fraudem creditorum factas. (k) Sed verius, actionem Paulianam seu edictum Prætoris de his quæ in fraudem creditorum alienata sunt, jam extitisse cum lex Ælia sententia conderetur, cum Labeo JCrus jam ad illam actionem Paulianam multa commentatus fuerit. (l)*

## B

## §. V.

(h) *t. i. ff. que in fraud. Credit. §. 6. Inst. de Act. Ipsum nomen Paulianæ quidem in illicis locis non extat, at supplendum est ex l. 38. §. 4. de Usuris.*

(i) *De desiderati hujus in studio Jurisprudentia usu, plura differuit Dn. Praeses de Nervis jurisprudentia Antejustinian. lib. 7. nero 14.*

(k) *Tum enim omnis inconvenientia & imprudentia cessaret, intuitu ipsius legis.*

lationis: quamvis tum, si non alia inter legem Æliam Sentiam & actionem Paulianam fuisset differentia, quam quod hæc extenderet illius dispositionem, ad quasvis alienationes, priore postea non fuisset opus amplius, & adeo Justinianus non adeo prudenter fecisset, quod multa de hoc legis Ælia Sentia capite institutionibus suis inseruisset.

(l) *Ut patet ex dictis in l. 6.*

## §. V.

*Falsa ratio  
differencie,  
quod liber-  
tas semel da-  
ta non posse  
revocari.*

Sed quid opus est, ut cruciemur? Non haeret DD. aqua. Actio Pauliana non pertinet ad manumissiones, quia actio Pauliana revocat alienationes in fraudem factas; at libertas semel data non revocatur. (m) Igitur lege Ælia Sentia erat opus, quæ declararet, ab initio nullam esse manumissionem in fraudem creditorum factam. Et ideo dici a Justiniano, quod manumittens in fraudem creditorum nihil agat. (n) Utinam vero hæc responsio, et si communissima, non ubique impingeret in regulas bonaë interpretationis, cum nihil sit falsius, quam libertatem semel datam non revocari, (o) & petitionem principi

pi com-

1. 6. §. 6. 10. 12. 1. 25. §. 1. & pas-  
sim qui & ex quibus causa  
&c. Floruit autem Labeo  
sub Augusto, & lex Ælia Sen-  
tia demum paulo ante mor-  
tem Augusti lata est. Dio.  
Lib. 55. & 56.

(m) Clara, inquit DD.,  
sunt verba §. 6. Inquit hic: Se-  
mel autem causa approbata, sive  
vera, sive falsa sit, non retrahatur.

(n) Etiam acutissimus  
Huberus in fundam. jur. diss.  
9. §. 8. repetit hunc commu-  
nem errorem.

(o) Si nimirum eam pro-  
positionem ut regulam con-  
cipias, uti debet necessario

concipi in dicta DD. respon-  
sione ad dubium proposi-  
tum. Paragraphus vero ad-  
ductus pertinet ad exceptio-  
nem a regula, & quidem non  
in hoc, sed in altero legis  
Ælia Sentia capite. Et qui-  
dem cum, ut infra §. 32. seq.  
videbimus, exceptio hæc nou-  
tempore ipsius legis Ælia  
Sentia, sed postea denum  
sub Antonino Pio orta sit.  
Tantum abest, ut Prætorem  
actionis Paulianæ autorem  
impedire potuisse, ut ea non  
experiretur adversus servos  
in fraudem creditorum ma-  
numissos. Adde, quod ipsi  
DD. non

DE IMPEDIMENT. MANUM. CAP. I. II

pii commitat assertio, quod lex Aelia Sentia non revocet, sed nullam declarat libertatis dationem, imo claris JCtorum textibus contradicat, (p)

§. VI.

Quid si itaque dicamus, actionem Paulianam *Talis & illa,* pertinuisse saltem ad alienationem inter vivos (q) at quod lex A. legem Aelianam Sentiam egisse tantum de manumissionib. testamentariis in fraudem creditorum factis?

(r) Sed, ut alia faceam, (s) posteriori huic assertioni

B 2

repugnat

*S. respiciat  
tantum ma-  
numissiones  
testamenta-  
rias.*

DD. non bene connectant doctrinas suas, dum docent, quod ipsa lex Aelia Sentia revocaverit libertates semel datas concedendo actionem ingratia eum finem, de qua sententia jam egimus lit. d. ad §. 1. Denique non hoc dicit §. 6. Inst. b. t. quod libertas data non revocetur, sed quod causa semel approbata non retrahatur.

(p) Ut mox videbimus §. 8. lit. e.

(q) t. t. & imprimis arg. l. 3. §. 1. qua in fraud. creditor. Adde, quod in alienationib. testamentariis, non viseretur opus esse actione Pauliana, cum legata & fidei-commissa non deberentur

nisi deducto are alieno. §. 3.  
*Inst. ad L. Falcid.*

(r) Ita Wilhelmus a Loon de manumiss. serv. Roman. c. 4. §. 10. ii. Probare volunt Bachovius, Vinnius, & alii ex verbis Imperatoris: Sæpe de facultatibus suis amplius quam in his est, sperant homines; obtinuisse legem Aelianam Sentiam in manumissione tam inter vivos quam inter mortuos. Contrarium alii defendant, dicuntque hoc tantum obtinere in manumissione, que inter mortuos sit, quorum sententiam aliorum opinioni prefero, adhibui hia verbis Taciti annal. lib. 15. cap. 55. Pecunias & libertates servis & ante dono datas, sed tunc largius, quia tenui jam refamilia- ri, &

ri, & instantibus creditoribus testamento diffideret. Ibi S. e-  
vino objicitur hoc, nec possum videre, quare Scævulus, cum testamento diffideret, & creditoribus satiasseri posse desperaret, inter vivos servos suos manu-  
mittere fessinasset, si manumis-  
sio inter vivos rescindi posset a creditoribus, ipsoque jure non valeret, utpote in fraudem credi-  
torum data. Vides speciem aliquam habere hoc argumen-  
tum. Unde id non dis-  
plicuit ipsi Dn. Prasidi in not.  
ad Insit. b. t. Et poterit pro ea sententia ulterius adduci,  
quod fere semper ubi hujus capituli mentio fit in legibus,  
de manumissionibus testa-  
mentariis agatur, nunquam diserte de manumissionibus  
inter vivos l. 1. §. 1. ff. de statu  
liber. l. 8. §. 1. l. 25. ff. b. t.  
l. 15. que in fraud. credit. l. 4. §.  
19. de fideicom. libert.

(s) (1.) Si ideo actione Pauliana non fuit opus in alienatione ultimatum voluntatum, quod deducto ære alieno intelligantur legata & fideicomissa, & ita non va-

lerent, si in fraudem creditorum facta essent; nil etiam fuisset opus lege Elia Sentia, ut per eam coegerentur manumissiones servorum testamen-  
tariorum, si jam ex nullum effectum habuissent, nisi deducto ære alieno. Etre ve-  
ra illam sententiam, quod legata & fideicomissa non præstentur nisi deducto ære alieno non pertinuisse ad manumissiones testamentarias argumento est, quod Scavo-  
la nota l. 23. que in fraudem creditorum. Quæstum est, in-  
quit, an manumissi testamento & alimenta & libertatas confe-  
qui possint? respondit: libertates quidem, si in fraudem creditorum date non essent, competere, legata vero, (alimentorum) se solvendo hereditas non esset, non deberi. (2) Si lex Elia Sen-  
tia tantum pertinuisse ad manumissiones testamen-  
tariorum, mentionem ejus restri-  
ctionis fecisset aut Cajus, aut Ulpianus in proponenda le-  
gis Elia Sentia sententia, quod tamen non fecerunt  
per notata ad §. u. lit. f.

(t) l. 5.

repugnat doctrina Ulpiani. (t) & facile responderi  
potest ad argumentum dissentientium. (u)

B 3

§. VII.

(t) l. 5. §. 2. qui & a quib.  
manumis lib. non sicut. Si Ti-  
tius non amplius in bonis quam  
Stichum & Pamphilum habeat,  
eosque stipulavit Mexio ita pro-  
misserit: Stichum aut Pamphi-  
lum dare spondes, deinde cum  
alium creditorem non haberet,  
Stichum manumiserit, (inter  
vivos, etiam si disterre hoc  
non addatur, contextus ta-  
men ostendit, Ulpianum de  
hoc casu loqui) libertas per  
legem. Etiam Sentiam rescindi-  
tur. Quamvis enim fuit in po-  
testate Tuii (viventis) ut Pam-  
philum daret, tamen, quandiu  
eum (vivens) non dederit, quia  
interim mori posset, (non Ti-  
tius, alias enim nullum plane  
restaret dubium pro nostra  
sententia, sed ut verba mox  
sequentia docent, Pamphi-  
lius) non sine fraude stipulatoris  
Stichum manumisit. Quod si  
solum Pamphilum dare promi-  
sisset, non dubitarem, quin Sti-  
chus ad libertatem perveniret,  
quamvis similiter Pamphilus mo-

ri posset.

(u) Cogitare enim debuiscet Loonius, quod, quemadmodum sape plus sperant homines de facultatibus suis, quam in his est, ita sape sperant debitores, se facilis uno modo, quam altero fraudare posse credidores, quam ut eventus semper eorum intentioni respondeat. Scilicet Scavinus de quo loquitur Tacitus, instantes habebat credidores, nondum ipsum in iudicio convenerant. Testamento diffidit, si credidores videlicet ante ejus mortem ipsum convenienter, & vivo omnia bona auferrent. Manumissioni servorum inter vivos non ita diffidit, nona quod plane fiduciam ponearet in ea manumissione, sed quod hic non tantus esset motus nullitatis, concursu creditorum nondum moto. Nam idem Scavinus mentionem etiam injicit pecuniarum largius & in fraudem credi-

## §. VII.

*Genuina dif-* Igitur putamus ideo opus fuisse lege Ælia Sen-  
*ferentia a-* tia, quod actio Pauliana daretur de rebus alienatis  
*Etonis Pau-* contra tertium possessorem earum rerum, (x) quod  
*lianæ & legi* ad servos manumissos applicari non poterat (y) item  
*Æ. S. ac hu-* quod non daretur eadem actio adversus bonæ fidei  
*ius usus.* entorem, fraudem debitoris ignorantem, (z) at lex  
 Ælia Sentia respiceret saltem fraudem Domini ma-  
 numittentis, (a)

## §. IX.

*Sensus legis* Itaque in favorem creditorum lex Ælia Sentia  
*Æ. S.* prohibuit libertatem servis dare in fraudem eorum,  
 qua prohibitione tamen manumissionis actus non  
 fuit nullus declaratus, (b) ita ut Dominus (c) aut  
 heres ejus potuisset, creditoribus manumisso faven-  
 tibus, tunc eum, quasi plane nihil actum fuerit, in  
 fer-

creditorum datarum, et si haud dubie actione Pauliana revocari potuissent,

(x) l. 6. §. 8. l. 9. ff. que in fraud. cred.

(y) In manumissione enim servus manumittendo propriæ non erat alienatus, sed libertas ei data. Servus manumissus libertatem quidem possebat, sed hoc non erat alienata, rem alienatam non possebat.

(z) d. l. 6. §. 8. & d. l. 9.

(a) pr. & §. 3. Inf. b. t.

(b) Ut DD. multi afferunt, ut differentiam inter actionem Paulianam & legem Æliam Sentiam ostendant, vide supra §. 5.

(c) Si lex Ælia Sentia tantum de manumisis testamento fuisse locuta, quæstio: an Dominus retinere posset servum manumissum creditoribus tacentibus? plane Domitiana foret. Sed eam hypothesin jam rejecimus §. 6.

(d) l. 1.

servitute retinere, sed fuit actus ille manumissionis saltem sub conditione tacita, si creditores non contradixerint, quasi suspensus, unde & sic manumissionis interim habebatur pro statu libero, (d) & quæ libertas hic impediri, ea in aliis textibus rescindi & revocari, interpellari, retrahi non male dicitur. (e)

## §. IX.

Cum ergo eadem ratio prohibitionis locum *Etiā mili-*  
habeat, si debitores milites essent, inde nec in mili-*tum manu-*  
tari *mīssione re-*  
*ſpicientiis.*

(d) *I. i. §. 1. de statu liber.*

(e) *I. 5. §. 2. ff. b. i. l. i. C.*  
*cod. l. 7. l. 24. ff. cod.* Et si igitur Justinianus *pr. b. i.* dicat legem *Æliam Sentiam* impediare libertatem datam, & dominum manumittentem nihil agere, ista tamen plane non obstant. Nam (1) *impediri & retrahi* libertatem synonimice usurpantur a *JCris. d. l. 24.* (2) *Nihil etiam agit,* cuius actus ab aliis rescinditur, quia & tum actio ejus hoc intuitu nullum habet effectum. (3) Quoties de suo aliquid adjicit Justinianus aut Tribonianus, toties non querenda est exacta verborum proprietas. (4) Defumtum esse hoc principiū ex Cajo jam supra notavimus

*§. 2. lit. f.* At Caju non dicit *dominum nihil agere*, sed saltem, manumissionem non valere. (5) Unde patet Oiselium ad *Cajum p. 36.* absque ulla ratione acculare *JCtos.* quorum textus initio hujus notæ adduximus, quod minus propriæ aut accurate loquantur. Præsumptiones enim majores utique sunt, pro his, quam pro Tribonianio. (6) Quod vero Loonius *d. cap. 4. §. 12. in fine p. 57.* nescire se dicat, ubi mens Pacii (*in not. ad pr. Inst. b. i.*) fuerit, quod nobiscum sentiat, potius re-torquemus, videlicet, nescimus ubi mens DD. fuerit & Loonii, dum docent libertatem semel datam non revocari. *conf. supr. S. 5.*

(f) *I. 8.*

16 DE USU PRACTICO DOCTRINÆ

tari testamento valebant dationes libertatum in fraudem creditorum, (f) quemadmodum haud dubie non valebant, si inter vivos simili modo manumisissent servos.

§. X.

In fraudem, Debebant vero creditores libertatem datam i.e. tam quo revocare volentes æque ut in actione Pauliana (g) ad consilium, probare & consilium defuncti ac intentionem eos quam evenitum, fraudandi & eventum. Unum horum si deficeret, manebat libertas data in statu suo. (h)

§. XI.

Scilicet si directa libertas data sit in testamento, si fideicommissaria adspicitur saltem eventus. (i)

§. XII.

Ex quo tempore astimandum consilium, Est & illud notandum, in consilio non considerari tempus antecedens, sed tempus datae libertatis. (k)

§. XIII.

(f) l. 8. §. 1. ff. b. t.

(g) l. 10. §. 1. de R. J. que in fraud. cred. l. 79. ff.

(h) §. 3. Inst. b. t.

(i) l. 4. §. 19. in fine de fideicom. liberi. l. 1. & ult. C. qui manum. non possunt.

Ratio non est, quam aliqui reddunt, quia fideicommissum non nisi deducto ære alieno præstatut. Nam hoc etiam in legatis que directo relin-

quuntur, obtinet. §. 3. Inst. ad leg. Falcid. Sed quia facilius turbatur manumissio, quæ non a testatore facta, sed ab herede adhuc facienda est. Huber. diff. jur. fund. g. §. 10.

(k) Julianus l. 7. pr. b. t. Si quis integris facultatibus Codicillos (futuros) confirmavit, (in testamento præcedente) deinde cum consilium fraudatorum creditorum cepisset, libertates



## §. XIII.

Quod si consilium decipiendi creditores quos- *An consilium  
dam habuerit, cum testamentum conderet, testator fraudandi  
eis vero adhuc vivus satisfecerit, & postea cum aliis priores cre-  
creditoribus contraxerit, an & hi posteriores revo-  
care libertatem possent, quærebatur?*

## §. XIV.

Quod revocare non possent, urgebat illa ratio, *Rationes du-  
quod testator non habuerit consilium fraudandi po-  
steriores, cum testamentum scriberet. Quod liber-  
tates datæ eriam a creditoribus posterioribus revo-  
cari possent, suadebat illa ratio, quod scilicet & even-  
tus hic sit, & animus fraudandi, et si in aliis perso-  
nis, quodque, eo ipso, dum testamentaria dispositio  
non revocatur, frans semel commissa continetur  
intuitu etiam sequentium creditorum,*

## §. XV.

Habet ergo utraque sententia sua commoda & *Antinomia.  
incommoda. Itaque priorem securus est Julianus, (l) Nostra sen-  
posteriorem Papinianus, (m) quam antinomiam reli-  
quit Tribonianus. (n) Nobis Papiniani doctrina*

C vide-

bertates codicilli dederit: obli-  
viri non potest, quo minus lege  
(Elia Sentia) libertates inter-  
pellarentur. Nam consilium se-  
stioris fraudulentum non eo  
tempore observatur, quo co-  
dicilli confirmantur, sed quo li-  
bertas codicilli datur.

(l) l. 15. qui in fraud. credit.  
(m) l. 25. ff. qui & a quib. ma-  
num, liberi non sunt.

(n) Antinomiam subesse  
ad oculum patet. Ita enim  
Julianus: *Si quis cum habere  
tritum creditorem, & scires se  
solvendo non esse, libertatem de-  
deris*

videtur convenientior principiis bonæ interpretationis. (o)

§. XVI. Sed

dederit testamento, deinde dimisso Tito, postea Sempronium credidorem habere sperat, & eodem testamento manente decesserit: libertates datae ratae esse debent, et si hereditas solvendo nos sit, quia libertates descenduntur, utrumque in eorumdem personam exigimus, & consilium & eventum. Et si quidem creditor, cuius fraudandi consilium initum erat, non fraudatur, aduersus eum, qui ifraudatur, consilium initum non est; libertates itaque ratae sunt. Contra Papinianus: In fraudem creditorum testamento datae libertates, prioribus creditoribus dimissi, propter novos credidores iritate sunt. Antinomiam hanc ut tolleret Dionys. Gothofred. in not. add. 15. & 21. statuit in casu Juliani prioribus creditoribus omnibus satisfactum esse, sed in casu quem presupponit Papinianus, non omnibus prioribus creditoribus qui erant tempore datæ libertatis suisse satisfactum. Quæ

conciliatio si ulla unquam fuit, violentissima est, & sensu communi adversa, aperi-  
tissime videlicet repugnans & verbis Papiniani: prioribus creditoribus dimissi, & rationi ejus, (qua decisioni Juliani disserit contradicit) in statim sequente voce Propter labente. Sed aliter fieri non potest, quamdiu ista regula interpretandi leges Romanas fundamenti loco supponitur, omnia potius tentanda esse, quam ut admittantur antinomiae.

(o) Contra sententia Juliani placuit Gothofredo, dum sententiam oppositam Papiniani torquere vult, ut cum sententia Juliani conspiret, credo quod textus Juliani non ita videretur torturam conciliationis admittere, quam textus Papiniani. Juliani primum falso in eo consistit, quod conjunctionem consilii fraudulentis & eventus saltem in iudicem personis creditorum re- quisit.

## §. XVI.

Sed licebat tamen per legem *Ælia Sentiam Limitatio*  
*Domino qui solvendo non erat, in testamento hujus capitul*  
 C 2 *servum si servia he*  
*res institue*

quisiverit, absque ullo fundamento. Ubi enim extierunt illa verba restringentia in lege *Ælia Sentia*. Et si etiam in lege creditorum eorum. dem ( sed absque animo restringendi ) mentio fuisse facta, annon per decisionem Juliani fraudulentis debitoribus ansa data fuisse in fraudem legis, id est obseruatis verbis legis contra e-  
 ius mentem multa committendi. Idem Julianus alibi l. 7. §. 1. qui & aquibus. Mi-  
 nor, annis viginis cum servum manumittere veller, nec justam causam ad consilium manumit-  
 tendi haberet, sibi eum ut ma-  
 numitteres, dedit. Negavit eum Proculius liberum esse, quia fraus legi facta esset. Quid si Advocatus minoris ex ista lege, quam examinamus iphi regesisset? Uirumque si-  
 mul exigat lex *Ælia Sentia*, &  
 yr. minor sit, qui servum  
 manumittere velit, & ut  
 justam causam manumitten-  
 di profiteatur. Igitur in hoc

casu libertas data non revoca-  
 reetur, non ideo, quod minor  
 manumittere, quia manumis-  
 tare majoris, non ideo, quod  
 causa manumittendi dici non  
 posuerit, quia non manumis-  
 tare minor. Porro quare ex Ju-  
 liano. Si quis fraudandi a-  
 animo in testamento manu-  
 mittat, tum prioribus credi-  
 toribus non dimisis cum  
 aliis contrahat, ( sive postea  
 antequam moriatur priores  
 creditores dimittat, sive non)  
 an & tum valebit decisio  
 Juliani intuitu posteriorum.  
 Non valere eam putat ipse,  
 qui cum Juliano consentit  
*Dionysius Gothofredus*. Et  
 tamen contra posteriores  
 etiam illo casu afferri potest,  
 in primis si debitor ipse post-  
 ea priores creditores dimi-  
 serit, quod creditores, quorum  
 fraudandorum consilium ini-  
 tum fuerit, non fraudentur,  
 adversus eos qui fraudentur,  
 consilium non sit initum. Er-  
 go patet ad oculum, quam  
 cavillatoria sit decisio Juliani.  
 (P) §. 1.

servum heredem facere, (p) quia tum cessabat ratio legis (q) neque enim animo fraudandi præsumebatur testator manumisisse, sed ut evitaret maculam (r) qua fama defuncti, cuius bona publicabantur alias affici solebat.

## §. XVII.

(p) §. 1. hic.

(q) Sed cur non etiam loco rationis afferatur, quod hoc modo si servus heres necessarius institueretur, etiam non defraudentur credidores ratione eventus, cum is non solum cogeretur bona defuncti eis cedere, sed & tanquam heres omnia debita defuncti solvere, celsante videlicet beneficio deliberandi in herede necessario, & beneficio inventarii, utpote tum nondum invento. Ergo servus heres institutus, homo erat vel nullius, vel alicujus, etiam magni pretii. Si prius, nihil decedebat etiam creditoribus, adeoque nec fraus fiebat; si posterius, spem habebant credidores tantam pecuniam summam facile acquisitum esse servum, quantum ipse antea vendi potuisset, ut postea exinde

iis satisficeret. Et sane hac ratio palpitabilius est, & non tantis difficultatibus videtur obnoxia ac illa altera. Sed quod ea non hic usus sic Imperator, in causa est, quod ex eadem lege Ælia Sentia servus ita heres necessarius institutus præ aliis hereditibus jam tum haberet hoc beneficium, ut bona postea acquisita, si vellet, sibi retineret, §. 1. Inst. de hered. qual. & diff. Unde cum §. 2. hujus tituli magis ad doctrinam de necessario herede pertineat, nec de eo hic solliciti erimus ulterius.

(r) *Injuriam* vocat Justinianus hic. Scavola l. 23. b. 1. *famam defuncti conservari* dicit, si quis ejus hereditatem adeat, quæ solvendo non esset. *Famam pudoremque suscipere* dixit Plinius lib. 2. Epist. 4. *In famiam, quæ venditionem bonorum debitoris obserati comi-*

## §. XVII.

Et in tantum succurrebat famæ defuncti ejus.  
que voluntati, ut, etiam si servus in testamento he-  
res institutus in ea causa fuerit, (s) ut alias dedititius

*Eis non bona  
ne frugis.*

C 3

comitabatur, significantius  
expressit Cicero in Oratione  
pro Quintio: *Hercule, inquit,*  
*euia bona ex Edicto possiden-*  
*tur, hujus omnia fama & existi-*  
*matio simul cum bonis possiden-*  
*tur. De quo libelli in celeberrimi-*  
*mis locis proponantur, huic ne-*  
*perire quidem tacite obscureque*  
*licebit. Cui Magistri sunt, &*  
*Domini confituntur, qui, qua*  
*lege, & qua condizione pereat,*  
*pronuntiant. De quo homine*  
*praecoris vox predicit, & pre-*  
*cium conficit, huic acerbissi-*  
*mum funus viventi ducitur: si*  
*funus id habendum, quo non*  
*amici conveniunt ad executas*  
*coboneftandas, sed honorum em-*  
*tores ut carnifices, ad reliquias*  
*vite lacerandas & distribuendas.*  
Sed contra alii debitores ob-  
xerati, et si bona eorum pu-  
blice vendantur, non fieri  
infames ex rescripto Alexan-  
dri l. u. C. ex quib. cau. infam.  
irreg. probant, & ex scibili  
beneficio cessionis honorum

a Justiniano invento l. ult. C.  
qui bon. ced. poss. Unde lis in-  
ter Contium lib. 2. subcif. lett.  
& Forner lib. 2. selec. jur. Gi-  
phanius ad Inst. h.t. inter in-  
famiam juris & facti distin-  
guit. Ego mallem distingue-  
re inter mores Romanorum  
veteres & noviores. Olim  
ex rigore XII. Tabb. (de quo  
dixit Dn. Praeses in nevis Ja-  
nripr. Ant. Justinianae lib. 1. c. 2.  
nev. 4. & iustus in diff. sub-  
junct. observ. 4. §. 7. seq. p. 172.  
seq.) infamia sed Romanis  
peculiaris habebatur, si quis  
debita contracta solvere non  
posset; postea sub Caesaribus  
pedetentim ista infamia de-  
crevit. Latius antiquitates  
Romanorum quoad hoc ca-  
put explicavit Francisc. Hot-  
manus *integra quest. illu-*  
*sfr. 26.*

(s) Puta, si v. g. antea ob-  
delictum tortus vel vincitus  
fuerit.

(i) UL

22 DB USU PRACTICO DOCTRINÆ

fieri deberet, hoc tamen casu civis Romanus fieret,  
(t) quia alias nec heres esse potuisset. (u)

§. XIX.

*Modo alias heres in re-  
stamento non  
est scriptus.* Cæterum tum demum valebat illa servi proprii heredis institutio, modo alius ex eo testamento heres non esset, quia scilicet tum cessabat ratio confessionis. (x) Unde etiam, si duo pluresve servi heredes esse jussi sint, nonnisi unus heres esse poterat, scilicet in dubio qui primo loco scriptus esset, (y) modo nec sic fraud fieret creditoribus. (z)

§. XIX.

*Alterum ca-  
put legis de  
minore vi-  
ginti annis.* Altero capite legis *Ælia Sentiae minor* (a) viginti annis manumittere nec vindicta poterat nec testamento. Itaque nec Latinum facere poterat. (b) Tantum apud Concilium manumittere poterat ferrum suum causa probata. (c)

§. XX.

(t) Ulpianus *cir. i. §. 14.*  
(u) Vid. diss. de usu pract. distincti, in ingen. & libert. c. 1.  
§. 28.

(x) §. 1. hic Ulp. d. 1.  
(y) Ulpianus *ibid.*

(z) Puta si majoris pretii sit is, qui ante nominatus est, nec sufficiat, posteriorē retrahi in servitutem, prior autem sufficiat. *I. 24. f. b. 1.*

(a) Jam ante legem *Æliam Sentiam* artas Domini manumittentis aliquando impe-

dimento erat manumissioni. Nam pupillus & pupilla manumittere non poterant. Ulp. *cir. i. §. 17.* Additur etiam apud Ulpianum mulier, quæ in tutela est, & in fragmento veteris JCTi a Pithaco edito (*ap. Lccv. p. 709.*) Mulier sine tutoris autoritate nisi liberorum jus habeat, ubi & citatur in notis Plutarchus in Numa. Sed de his alio tempore.

(b) dict. fragm. *p. 709.*  
(c) §. 4. *Instit. b. 1.*

(d) *I. 27.*

## §. XX.

Manumittere tamen poterat minor per testa. *Exemptio  
mentum heredis necessarii habendi causa, (d) quo-  
niam videlicet hic eadem aderat æquitas, quæ admi-  
serat hanc libertatis dationem in capite priori legis  
Æliæ Sentie. (e)*

## §. XXI.

In Consilium adhibebantur Romæ a Prætore *Consilium  
quinque Senatores & quinque equites Romani, in Roma quid?  
provinciis a Prætore vel Pro- Consule viginti recu-  
peratores i. e. judices, qui cives Romani essent. (f)*

## §. XXII.

Justæ autem manumissionis causæ erant, si *Justæ manu.  
quis miss. causa,*

(d) *I. 27. de manumiss. re-  
flam.*

(e) *Repere dicta §. 16.*

(f) Ulpianus *tit. 1. §. 13.* Un-  
de lapsus est Franciscus Bal-  
duinus qui in Comment. *ad  
b. t.* verba apud consilium  
explicat, i. e. pro tribunali  
apud Prætorem, Proconsu-  
lem, Legatumve Casaris.  
Hos vero coegisse Pedaneos  
judices, ut *consilium* inirent.  
Imo taxat Theophilum, quod  
per *consilium* intellexerit *ov-  
nidēs* quoddam & multa de  
eo commentari fuerit, quæ  
non videantur convenire  
moribus Romanis. Etsi enim

Theophilus pro more quæ-  
dam in descriptione consilii  
hujus forte immiscuerit, quæ  
fundamento destituuntur,  
potissima tamen ex Ulpiano  
videntur desumpta, quem  
non inspexit Balduinus. *Re-  
cupatores* dicit Theophilus  
ita dictos, quod per eos man-  
cipium naturalem libertatem  
recepit. Verius recuperato-  
rum nomen esse genera-  
lius, quod nec ipse Theo-  
philus diffitetur, & primis  
Reipubl. Romana temporis  
institutum vid. Briso-  
nius de verb. signif. & Schar-  
dius in *lexico* hac voce.

(g) *§. 1.*

24 DE USU PRACTICO DOCTRINÆ

quis patrem vel matrem, filium aut filiam, fratrem vel sororem, vel qui, quæve alio modo sanguine dominum contigeret, manumittere vellet. (g)

§. XXIII.

Alio.

Item si Pædagogum aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum, aut collactaneum, aut capsarium manumittere vellet. (h)

§. XXIV.

De manusmissione Procuratoris fūturi.

Quod si servum Procuratoris habendi causa minor manumittere vellet, insuper requirebatur ætas manumittendi, ut non minor sit annis septendecim, vel octodecim (i) quod & de procuratore in litem

& de

(g) S. 5. hic l. 11. 12. ff. de manus vind. Casus dabilitatem ut concipias, finge servum minorem viginti annis à Dominō heredem institutum, cuius pater, mater, filius, filia, frater, soror &c. in hereditate manserant. Quanquam de filio filiave in minore viginti annis casus haud dubie fuerint rarissimi, aut certe rariores, alias casus ponit Theophilus hic.

(h) d. §. 5. l. 13. & 14. de manus vindicta, Pædagogus cuius officium consistit in ducentis & instituendis pueris. Educatoris officium laxius

est, ut apud nos differunt, der Preceptor oder Informator und Höffl-Meister. Nutricum correlata sunt alumnus alumnave, quamvis & latius accipi possint, ut sint correlata Pædagogi & educatoris. Facit huc l. 14. pr. de manus vind.

(Litigium Lexicographorum, quid in l. Codicilla §. 1. de usu & usi fr. leg. per alumnam intellegatur ad nos non pertinet.) Collactanei sunt, qui eadem

nutrice fuere usi. Capsarium ipse Ulpianus in d. l. 13.

explicat, qui libros portat.

(i) Sufficere septendecim dicit Imperator §. 5. hic O. Octodecim

& de Procuratore ad negotia intelligi verius. (k)

§. XXV.

Item si virgo vel mulier, una tamen, (l) manumittatur matrimonii causa, exacto tamen prius

D

a Domi-

*Manumisso  
multerus ma-  
rimonii cau-  
sa.*

decim requirit Ulpianus 13. de manum. vindicta. Quæstio præjudicialis, an Justinianus Pandectis hic derogate voluerit, an vero Ulpianus cum Imperatore conciliari posuit. Uterque eandem locutionem adhibet. Justinianus dicit eum non minorem esse debere decem & septem annis, Ulpianus decem & octo. Virginis in notis hic sic conciliat, eum, qui artigit annum 18. ab Ulpiano dici non minorem 18. annis. Justinianum contra non minorem 17. annis vocare eum, qui 17. annos implevit. Conciliatio paululum dura respectu textus Ulpiani. Et Theophilus in periphrasi procuratorem vult esse majorem septendecim annis, non ut Justinianus, non minorem. Interim constat, non intelligi hic posse decimum octavum annum completem, si jungas ea, quæ

differit Justinianus *bis §. ult.* in fine & quod apud Romanos homines septendecim annos nati, dicantur habere plenam pubertatem. Sed tamen & hujus rationem quaro, cur plena pubertas adimpletis 17. annis fuerit estimata. Quod si fugias ad l. non omnium ss. de LL. dicam, imo dari posse rationem, quia videlicet Servius Tullius juvenes hujus etatis admittebat ad militiam. Gellius noñ. Attic. lib. X. cap. 28. C. Huber Historiarum primo scripsit, Servium Tullium, Regem populi Romani, cum illas quinque classes juniorum, census faciendi gratia institueret, pueros esse exsiliasse, qui minores essent annis 17. atque inde ab anno septimo decimo, quod idoneos jam esse Reipubl. arbitrietur, milites scripsisse.

(k) Adde Huberum *differet fundam.* g. §. 13.

(l) 1. 15.

26 DE USU PRACTICO DOCTRINAE

a Domino jurejurando, ut infra sex menses duca-  
tur. (m)

§. XXVI.

Hujus causa  
alterior de-  
clanio.

Quod si alter manumitteret, alter duxerit, non  
valebat manumissio, imo si ab altero repudiata  
minor intra sex menses duxerit, non siebat libe-  
ra. (n)

§. XXVII.

Impedimen-  
tum justa  
causa super-  
venientis,

Etsi vero justa causa impedimenti postea su-  
pervenientis allegata omnino audiendus sit minor  
manumittens, (o) puto tamen id esse emblema Tri-  
boniani, quasi haec exceptio ipsi jurjurando inserta  
fuerit. (p) Certe illa ratio exceptionis, quam com-  
muniter suppeditant DD. si possea intra sex menses  
Dominus manumittens forte Senator fiat, (q) in mi-  
norem viginti annis vix quadrat, (r)

§. XXIX.

Quid de fa-  
minis ubere  
potentibus  
dicendum.

Eadem ex ratione a quibusdam responsum est,  
posse etiam foeminas matrimonii causa manumitte-  
re, sed ita, si forte conservus ejus in hoc ei legatus  
fuerit. (s)

§. XXIX.

(l) l. 15. §. 4. de manum. vind.

(m) Ne falso hoc videlicet  
prætextu abutatur Dominus  
manumittens.

(n) l. 21. ff. qui & a quib.

(o) v. g. Justæ absentia, in-  
firmitatis.

(p) §. 5. hic;

(q) ex l. 23. & 27. de R. N.

(r) Adde aliud argumen-  
tum ex d. l. 27. ex qua constat,  
non simpliciter prohibitum  
fuisse, ne Senator libertinam  
duceret.

(s) l. 14. §. 11 de manum. vind.

(t) l. 13-

## §. XXIX.

Considerabatur tamen in plerisque causis ha- *Quid si u-*  
 etenus recensitis etiam, utrum minor manumitte- *nus servum*  
 re volens plures, quam unum servum haberet. (t) *cantum ba-*  
*beat minor.*

## §. XXX.

Neque solum justus affectus (u) verum etiam *Aliæ cause*  
 & multo magis beneficium, quod Dominus a servo *infinite.*  
 acceperat, præbebat manumittendi causam, puta si  
 periculo vitæ, infamiae Domini liberasset, (x)  
 & infinitæ alia. (y)

## §. XXXI.

Multo minus dubium habebat, si minor con- *Earum nova*  
 ditionis adimplendæ causa, vel ex lege contractus *exempla.*  
 manumittere vellet. (z)

## §. XXXII.

Quod si consilium causam semel probasset, & *Causa semel*  
 servus libertatem consecutus esset, ea per constitu- *probata non*  
 tionem D. Pii non retractabatur, etiamli ostendi po- *verat taba-*  
 tuisset; falsam causam subfuisse. (a)

D 2

## §. XXXII.

(t) l. 13, ff. eod.

(u) l. 16, pr. eod.

(x) l. 9, pr. eod. Pertinet huc  
 quaſtio prajudicialis: an ser-  
 vus beneficium dare posſit  
 Domino? cuius affinativam  
 late probat Seneca de beneſi-  
 cia.

(y) l. 15. §. 1. eod.

(z) l. 16. §. 1. eod.

(a) Quasi ſcilicet lex Aelia  
 Sentia non requivifſet, cau-  
 fam præcise debere eſſe ve-  
 ram, fed ut ſaltem minor  
 causam diceret coram conſi-  
 ilio, & conſilium eandem ex-  
 aminaret. Negligentia igi-  
 tur conſiliī non nocebat ma-  
 numiſſo. Vinnius in not. bie.

(b) vide

## §. XXXIII.

*Quæ tamen  
positio non  
est exten-  
da.*

Hactenus tamen dicta saltem de causis reliquis sunt intelligenda, excepto matrimonio, (b) tantum abest, ut ex hac constitutione speciali Divi Pii cum interpretibus communis regula formetur; libertatem semel datam ob specialem ejus favorem non revocari. (c)

## §. XXXIV.

*Etas ser-  
rum ipsorum  
etiam in lege  
A.S. expres-  
sa.*

Cæterum prohibebat lex Aelia Sentia etiam manumissionem servorum, si servus minor triginta annis esset. (d) Ergo commendandum minime est, quod Tribonianus in proponenda legis Aeliæ Sentie prohibitione hanc circumstantiam omiserit, cum tam-

(b) Vide dicta §. 26.

(c) Repete dicta supra §. 5.

(d) Eadem lege cautum est, ut minor triginta annorum servus vindicta manumissus, civis Romanus non fiat, nisi apud consilium causa probata fuerit, ideo fine consilio manumissum servum manere putat, testamento vero manumissum, perinde haberi jubet, atque si Domini voluntate in libertate esset, ideoque Latinus sit. Ulpianus *tir.* 1. §. 12. Hinc sepius in pandectis mentio sit servorum in testamento

manumissorum sub limitazione, cum annos triginta nati fuerint *l. 46. de manum.* testamento *l. 13. §. 5. de pau* *lib. l. 29. §. 1. fam. eritis l. 29. de* *reb. dub.* Nisi tamen etiam ut heredes necessarii instituti fuerint. *Ulp. d. l. §. 14.* Atqui haec circumstantia haud dubie non solum respergit Dominos manumittentes minores, sed & maiores viginti annis. Ratio forte hic ea fuit, quod nonnisi servi benemeriti debebant fieri cives Romani. At servi infra trigesimum annum vix pote-

men alibi declaraverit, quod & eam abrogare voluerit, (e)

## §. XXXV.

Sed ut ad miorennes redeam Dominos manumittentes, ratio legis *Ælia Sentiæ* in his haud dubie fuit, ne civitas macularetur civibus, jus civitatis non merentibus, sed potius poena quam præmio dignis, cum videlicet minores saepe ex levitate, (f) aut luxuria, (g) saepe etiam servorum blandimentis & adulacionibus inducti (h) servos nequam manuitterent.

## §. XXXVI.

Primaria ergo ratio legis non fuit, ut Theo-

D 3

phi-

*titillat sc.  
Reip. non mis  
norum.*

poterant regulariter dici esse bene meriti, cum juvenes sint cerei in vitium slecti &c.

(e) In hoc titulo enim, qui ex professo agit de lege *Æ. S.* eam circumstantiam omisit; abrogationis tamen meminit supra in tit. de libertatis §. fin. in fine, verbis: nullo, nec etatis manumisisti, nec Domini manumisisti, &c. discrimine habito. Ubi adeo obscurum est, quodnam omnibus fuerit criterium in xrate manumisisti, nisi hæc obscuritas illustretur ex illo fragmendo Ulpiani. Ergo Justinianus effectis illa abrogatio-

ne, ut etiam servus infans civis Romanus per manumissionem fieri posset.

*Franc. Balduin. in comment. ad d. §. fin.*

(f) Vid. locum Dion. Halicarn. lib. 4. c. 28. descriptum in dist. de usq; distinct. in ingen. & libert. cap. i. §. 19. lit. y. in verbis: Alii (manumittuntur) per bororum levitatem gloriæ inde captantum.

(g) I. 16. pr. de manum. vind. in verbis: ut non ex luxurias sed ex affectu &c.

(h) Theophilus ad §. 4. In ist. hic. Locum statim damus.

(i) Sic

philus vult, (i) favor minorum, ne facultates suas diminuerent, sed favor utilitatis publicæ. (k)

### §. XXXVII.

*Inconvenientia rationis quod libertas sit res inestimabilis.* Nunquam enim libertas fuit res inestimabilis intuitu manumittentium, sed intuitu hominum qui libertate gaudent. (m)

### §. XXXIX.

*Absurditates varie inde fluentes.* Alias enim nec nullus servus manumitti posset, nec in commercio esset, nec ipsa emendatio Justiniani ullo colore sustineri posset, quod permisit minoribus, ut servos manumittendo se privarent re inestimabili. (n)

### §. XXXIX.

(i) Sic enim ait interprete Curtio: *Eadem lex irritas vult esse libertates, qua a minore vi-*  
*ginti annis prestantur, nulloq; id odio, sed favore potius ma-*  
*numittentium. Novent enim eos, qui eam etatem agunt, fa-*  
*cile circumveniri, servorumque blandimentis & adulatio-*  
*nibus capi, & ita facultates suas*  
*diminuere. Id ergo cum sci-*  
*ret, insidiis, que illinc intendi-*  
*& parari poterant, constitutio-*  
*nem suam opposuit.*

(k) Repete dicta in *cit.*

*dissent. cap. 1. §. 19. seq.*

(l) §. ult. bic.

(m) l. 106. 122. 176. §. 1. *& ibi Dd. de reg. jur. Sic recte etiam explicat dictum, quod liber-*  
*tas sit res inestimabilis,*  
*Harmenopolis in promt. lib.*  
*l. tit. 18. n. 11. & 13. Libertatem*  
*supra ceteras res foremus.*

(n) Paulus Voëtius in Comment. ad inst. bic. p. m.  
 138. Veritati minus est conve-  
 niens (ratio legis a Triboniano  
 non data.) Ratio enim, que  
 veteres movit, hac erit, ne ser-  
 vi

## §. XXXIX.

Interim tamen Justinianus legem Æliam Sentiam quoad hoc caput hic in Institutionibus (o) abrogatio abrogare voluit, permittens, ut minor viginti annis, adimpleto anno 17. possit testamento servis libertatem concedere.

## §. XL.

Imo postea jure Novellarum & hoc correxit, *Varia & in-*  
atque puberibus statim post annos pubertatis servos *confians.*  
testamento manumittere permisit. (p)

## §. XLI.

Uti vero rationem legis Ælia Sentiæ infeliciter *Varii errores*

*investi-*  
*Justiniane*  
*bic commissi.*

*vivaserrimi a minoribus, qui*  
*seduci faciles sunt, libertatem*  
*sine ullo suo merito blandiren-*  
*tur, idque in ultima voluntate,*  
*in qua solent plerique morta-*  
*lium esse liberaliores, quam si*  
*vitam sibi longevam spernissent.*  
Addere tamen debuisset Vo-  
etius, an supposita illa ra-  
tione movente lex Ælia in-  
tenderit primario cautionem  
lesionis minorum, an Reip.  
Deinde obscurius loquitur,  
ac si ex Ælia saltet, vel cer-  
te primario interdixerit ma-  
numissiones testamentarias,  
quod tamen fecus esse ha-  
bitenus vidimus.

(o) §. ult. hic. Neque enim

provocat ad constitutionem  
aliquam in codice, sed in to-  
to hoc paragrapho, tanquam  
in ipso actu abrogationis  
constitutus loquitur. Et  
hæc etiam estratio genuina,  
cur in Codice tituli quidem  
de dedititia, de latina liber-  
tate tollenda, de lege Fusia  
tollenda, nullus vero de le-  
ge Ælia Sentia tollenda extet.  
Non ut Franc. Balduinus in  
Justiniano lib. 3. p. 270. pu-  
tat, id ideo factum esse,  
quia, et si aliquot capita hu-  
jus legis sustulerit, plura  
tamen retinuerit.

(p) *Novellæ 119. cap. 2.*

(q) *Quæ*

investigavit Justinianus, ita & rationes, quæ eum ad correctionem impulerunt; non sunt magis conformes prudentiæ legislatoriaræ; imo corrigendo legem Aeliam Sentiam effecit, ut re penitus inspecta plane a scopo & legis Aeliae Sentiae, & intentatæ correctionis hujus legis aberraverit. (q)

## §. XLII.

*Eius ratiocinatio prima.* Non fuisse ferendam dispositionem legis Aeliae Sentiae, ait: Nam cui totorum suorum bonorum in testamento dispositio data erat; quare non similiter ei, quemadmodum alias res, ita & de servis suis in ultima voluntate disponere, quemadmodum voluerit, permittimus. (r)

## §. XLIII.

*Plane aberrans a sensu legis.* Initio mentem legis plane inconvenienter explicavit, quasi eadem limiraverit manumissiones minorum testamentarias, cum tamen limitaverit saltem manumissiones inter vivos, testamentariam vero manumissionem plane improbaverit. (s)

## §. XLIV.

*Cum tamen cum ignorare non potuerit,* Imo ipse Tribonianus expressè meminit manumissionis, quæ vindicta fit, (t) & ne opponas cum multis interpretibus, textrum Triboniani hic corrigendum esse, (u) similiter vindictæ meminit Paulus in

(q) Quæ hic summatis dicuntur, declarabunt §§. sequentes.

(r) §. ult. hic.

(s) Vid, supra §. 19.

(t) §. 4. Inst. q. 1.

(u) Loco verborum enim quam vindicta apud confilium Bachovius, Vinnius, Hottom, legunt; quam si dicta apud

in Pandectis. (x)

§. XLV.

Deinde illud argumentum a dispositione testam- *Et male in-*  
*mentaria de reliquis rebus ad manumissionem, sive ferens,*  
*inter vivos, sive in testamento, valde claudicat.*

§. XLVI.

Nam & minores & uxores testamenta condunt, *Ab actibus*  
*& tamen nec minor alienare potest immobilia abs- ult. volun-*  
*que decreto, nec uxores in multis locis Germaniae ad actus in-*  
*possunt alienare bona absque consensu mariti.* (y) *ter vivos,*

§. XLVII.

Deinde uxor Germanica potest testamentum *Et ad disposi-*  
*facere de universis reliquis bonis, & tamen de Ge- sione testa-*  
*rada nihil potest in testamento disponere. Potest ment. de re-*  
*quis totas ædes legare cum marmoribus, (z) & ta- liquis bonis*  
*men non potest legare marmora ædium.* (a) *ad omnia.*

§. XLIX.

Fons erroris Tribonianei in eo querendus vi- *Male intelle-*  
*detur, quod ratiocinationem Caji sui vel superficia- & o Cajo.*  
*rie inspicerit & non intellexerit, vel ex nimis præ-*  
*sumta sapientia, sine ulla justa causa, inverterit.* (b)

E

§. XLIX.

*apud confilium, Rectius Loon.*  
*de manumiss. servorum ap. Ro.*  
*manos cap. 4. §. 18. quam si*  
*vindicta &c. ut etiam legit*  
*Pacius, & post hunc alii fe-*  
*cuti sunt.*

(x) Paulus l. 15. §. 2. de ma-

(y) Adde Paulum Voët.  
*hic p. 139.*

(z) §. 19. Inst. de legatis.

(a) l. 41. §. 1. 2. 3. 4. ff. de  
*legate.*

(b) Sic enim Gajus tit. 3.  
*§. 2. in fine. Nam quantibet*  
*Dominus quatuordecim annos*  
*egredit*

## §. XLIX.

*Inconvenien-  
tia secunda  
ratio cinatio-  
niu.*

Porro & altera ratio Justiniani , cur minor se-  
ptendecim annorum debit licite manumittere,  
quia posit minor in hac ætate valide postulare,  
omnino est invalida. Sunt enim plane diversa, &  
ex postulatione minorum non id damnum sentit  
Respubl. quod sentit ex manumissione servorum,  
sed faltem damnum sentiunt ii , qui ejusmodi Advo-  
catis utuntur. (c)

## §. L.

*Imo ipsa abo-  
rogatio non  
coheret.*

Denique hoc pacto Justinianus dum corrigere  
voluit legem Æliam Sentiam , re vera non correxit,  
dum totum illud caput præcedens de prohibita ma-  
numissione inter vivos sine justa causa intactum re-  
liquit. (d) Unde nec jure novo Justiniane minor

vigin-

*egressus , testamentum facere  
possit , & heredem insituere , &  
legata relinquare , libertatem  
ramen servis non posset in hac  
ætate ( sive in testamento ,  
sive inter vivos pro libitu )  
conferre . ( sc. propter utilita-  
tem publicam ) Igitur si  
hunc locum conserfas cum  
§. ult. Inst. b. r. patetibit , quod  
Justinianus Gajum intelle-  
xerit , ac si in his verbis ul-  
timis Gajus de libertatibus  
tantum testamento relictis  
agere voluerit ; deinde , quod*

falsam rationem legis Ælia  
Sentia supponendo , quasi  
voluerit minoribus succur-  
rere , ne damnum patiantur ,  
rationem Caji non gustave-  
rit , sed potius ea rationi illi  
falsæ juncta impertinens  
plane fuerit visa , cum testa-  
tores per testamenta sua non  
patiantur damnum , sed per  
alienationes inter vivos .

(c) Vinnius in notis hic .

(d) Nam integer §. ult. hic  
non nisi manumissionem te-  
stamentariam indulget mi-  
noris .

viginti annis inter vivos aliter manumittere potuit,  
quam observata lege *Ælia Sentia*, quod jam *Theophilus* est subdoratus. (e)

noribus. Nec aliud postea  
dispositum Novella 19. cap. 2.  
quam de manumissione te-  
stamentaria.

(e) Sic enim exponit ver-  
ba Justiniani p. m. 40. Ita-

que minor viginti annis inter  
vivos non manumitteret. In te-  
stamento autem post annum de-  
cimum septimum reb*e id faciet.*  
*Conf. Voët. d. p. 139.*

## C A P. II.

Uſus practicus Institutionum  
circa legem *Æliam Sentiam.*

## SUMMARIA.

*Uſus hujus capituli & dissertationis.* §. I. *Uſus inanis bro-*  
*cardicorum hujus tituli.* §. II. *Uſus practicus in*  
*conclusionibus affinibus questus.* §. III. *Falsum, ideo*  
*nullum eſſe uſum practicum, quod ſervos non babea-*  
*mus.* §. IV. *Sed & falſum ideo ſubeffe uſum practi-*  
*cum, quia ſervos & manumifſiones babeamus.* §. V.  
*Lex *Æ. S.* de non manumittit, in fraudem creditorum*  
*ad mores Germanie non quadrat,* §. VI. *Sive manu-*  
*cipium in bello captum manumittatur in fraudem*  
*creditorum.* §. VII. *Sive homo proprius, qui non*  
*poteſt in fraudem creditorum manumitti.* §. IX.  
*Limitatio legis *Æ. S.* de ſervo herede neceſſario in-*  
*finito apud Germanos nullum habet uſum.* §. IX.

Ratio secundi capituli legis A. S. non quadrat admo-  
res Germanorum. §. X. Ut nec ratio conditionis  
mitiorum intuitu alienationis inter vivos. §. XI.  
Nec ad mores nostros quadrat probatio causa iusta.  
§. XII. De usu manumissionis testamentaria a me-  
noribus factæ. §. XIII.

## §. I.

*Uſus hujus  
capituli &  
dissertationis.*

**H**ic ab initio communiter fatentur DD. im-  
pedimenta manumissionum a Romanis  
introducta, cessare apud Germanos. (a)  
Unde nulla videtur esse utilitas hujus ca-  
pituli, imo totius dissertationis. (b) Cum tamen iu-  
dem DD. nihilominus vel afferant, non propterea  
nullum esse usum Institutionum in hoc titulo, (c)  
vel positionem de nullo usu pratico hujus & affi-  
nium titulorum dedicant ex falsis principiis, (d)  
utile sane erit, ostendere & hos errores, ut cavean-  
tur. (e)

## §. II.

(a) Vide DD. communiter  
*ad b. tit. it. ad lib. 40. ff.*

(b) Quid enim opus est  
disputatione de re, in qua  
omnes consentiunt. Sic  
olim inepto Rhetori en-  
comiasticam orationem ho-  
minis laudatissimi recitan-  
ti, rectissime occinebatur;  
quis vituperavit?

(c) Sc. intuitu regularum

juris hic occurrentium, quæ  
certe usum præbeant para-  
graphos Institut. in his ti-  
tulis allegandi in responsis  
juris.

(d) Confer jam dicta à  
Dn. Præside in *diff. de usu pra-  
etico distinct. hom. in liberos &  
servos, cap. 2. §. 1. seq.*

(e) Ita utile est v. g. docere  
falsita-

## §. II.

Quamvis igitur non desint, qui commendent in hoc titulo, si non alium, certe propter illum usum, *Ius in anis brocardico-*  
*quod Justinianus hic doceat, sepe plus sperare homines rum bujus de facultatibus suis, quam in iis est, item libertatem esse tituli.*  
*rem inestimabilem, ac non audeant illa asserta pro-*  
*fere sine allegatione hujus tituli; cum tamen hic usus sit saltem theoreticus, (f) & nullius momenti,*  
*cum sana ratio & sensus communis illa dictoria indat etiam hominibus omni eruditione carentibus, de his & eorum gusto non multum erimus solliciti.*

## §. III.

Tolerabilior est eorum intentio, qui occasione talium brocardicorum conclusiones quasdam practicas loco usus afferunt, si non directe ad materiam præsentem spectantes, saltem ei suo modo affines. (g)

E 3

*Ius praetili-*  
*cum in con-*  
*clusionibus*  
*affinis*  
*questus*

Sed

falsitatem doctrinæ Hobbiæ, de obligatione pactorum, non quod negetur conclusio, paœta obligare, sed ut ostendatur, principia, unde hanc conclusionem inferat Hobbius, esse erronea.

(f) Conf. Dn. Präsid. delineat. hist. jur. Rom. & German. §. 194.

(g) Ita Philippi im Uſu pract. Institut. lib. 1. Ed. 40. occasione dicti in §. 1. b. 1. valde proficiendum esse, ne egentes homines defuncti inju-

ria afficiantur; illum usum practicum monstrat, quod debitore non solvendo existente curator bonis aut hereditati dari possit, cuius nomine bona vendantur, ut creditoribus satisfiat. Simili modo idem ex titulo de ingenuis verb. princip. non debet calamitas matris noctre ei, qui in ventre est, in Ed. 36. deducit, quod executio torturæ vel poenæ, contra matrem prægnantem vel lactantem differri debeat, ne no-

ceat

Sed nec eos sequemur, cum hoc pacto alias omnium doctrinarum juris, etiam haud dubie non receptarum, usus aliquis haud dubie practicus doceri possit, (h) quod a nostra intentione est alienum,

§. 1 V.

*Falso, ideo  
nulum esse  
usum practi-  
cum, quod  
servos non  
habeamus.*

Venio ad illos, qui de usu genuino & directo agunt. Horum alii nullum dicunt esse usum horum titulorum, quod servos non amplius habeamus apud Christianos. At vero rationem hujus assertionis esse falsis-

ceat partui. Et tales sunt plerisque Eclogæ in tractatu illo. Ita alii occasione d. §. i. hic querunt: An cadavera eorum, qui instrumento guarentigato se obligaverunt, detineri possint, ne sepeliantur? ut Paulus Voët. *in comment. ad b. t. §. i. n. 4.* item notant occasione §. 5. *bis* differentiam juris Civ. & Canonici circa statum Procuratoris. Id. ad d. §. 5. n. 3. Conf. Dn. Hopp. *ibid.*

(h) Sc. ratione affinium & oppositorum. Cum enim omnes res cum omnibus rebus convenient in multis tertii comparationis, facile patet, quam latus pateat campus excurrenti in usus praticos rerum affinium.

Quod si etiam opposita juris Justiniane referre velis ad ejus usum practicum, i. e. persuadere juvenes, ejus insignem usum practicum esse, ubi nullus est, non rubore quidem debes suffundi, cum multos hic habeas praecessores; sed applausum tibi juvenutis tantum non amplius promites, quia etiam juvenes in Academiis incipiunt intelligere, quantum distent æra lupinis. Interim non est mirandum, cur ha- etenus tam magna volumina de usu pratico juris Justiniane fuerint conscripta. Miror potius, cur non majora fuerint edita, vel solo illo artificio de locis ab affinibus & contrariis adhibito.

(i) *d. diff.*

falsissimam, jam doctum fuit alibi, (i) & sensus communis docet in exemplis hominum priorum, & infidelium in bellis captorum.

## §. V.

Alii rem invertunt, & cum adhuc hodie jura *Sed & fal-*  
*belli, item captivitates & servitutes inter Christianos sum, ideo*  
*& Barbaros obtineant, item manumissiones intuitu *subesse usum**  
*hominum priorum, inde concludunt, doctrinam *practicum,**  
*juris Romani de manumissionibus non minimum *quia servos**  
*usum habere in illis manumissionibus. (k) Sed nobis *& manumis-**  
*alia stat sententia; videlicet nec manumissiones Ro-*  
*manas, nec impedimenta manumissionum, de qui-*  
*bus hic tractamus, in servis & manumissionibus ho-*  
*diernis magnum habere usum. (l) Igitur de lege*  
*Aelia Sentia (m) veritas sententiae nostrae paulo distin-*  
*Etius est explicanda.*

## §. VI.

Etsi igitur actio Pauliana in Germania obsum *Lex A. S. de*  
*mam ejus æquitatem haud dubie sit recepta, lex non manum.*  
*Aelia Sentia tamen, quamvis eadem æquitate gau-*  
*dens nullum vel certe exiguum usum præstabit in in fraudem*  
*creditor. ad*

*Ger-*  
*mania non*

(i) *d. dissert. cap. 2. §. 18. &*  
*20. & tot. diss. de hominibus*  
*proprios.*

(k) *Suendend. in notis ad*  
*Eckolt. compend. Pand. lib. 40.*

(l) *Quia videlicet mores*  
*Germanorum circa servos,*  
*& olim & hodie a moribus*  
*Romanorum toto cœlo fuere*

*diversi. vid. dissert. dict. quadrat,*  
*cap. 2. §. 3.*

(m) *Nam de exiguo usu*  
*practico manumissionum*  
*ipsarum jam actum fuit in*  
*dissert. altera de usu practico*  
*diss. bom. in ingenuis & libert.*  
*cap. 2. §. 34. seqq.*

(n) *Vid.*

Germania, quia ibi casus manumissionis fervorum in fraudem creditorum vix sunt dabiles, (n) certe rarissimi, (o) imo ipsæ manumissiones fervorum testamentariæ nunquam videntur apud Germanos receptæ, (p) et si hodie non sint prohibitæ.

## §.VII.

(n) Vid. §. seqq. 8.

(o) De eo autem quod semel aut bis sit, uti non sunt leges (quod ratio recta cuiilibet dictitat, etiam si id non extaret in l. 6. & præced. ff. de LL.) ita multo minus intuitu ejus quod semel aut bis existit censemuntur leges peregrinæ & non nisi in subsidium & generaliter assumtæ, esse receptæ.

(p) Ostensum id in d. dis fert. de ingen. & libert. cap. 2. §. 8. seqq. 34. seqq. Et ubi sunt exempla hominum propriorum vel etiam Turcarum testamento manumissorum. Non obstat Canon 20. Concil. Aurel. 3. habiti tempore Childeberti Regis: (vide summam Caranza p. 322. 328.) Ut nullus servilibus colonariisque conditionibus obligatus juxta statuta sedis Apostolica ad honores Ecclesiasticos admittatur, nisi

prius aut TESTAMENTO, aut per tabulas eum legitime constitutis ab solutio. Hic enim illud quidem urgere nolo, quod in antiquis Germanorum legibus sepe testamentum dicatur, de qualibet instrumento, cum illa observatur huc non videatur applicari posse, quia testamentum & tabula hic a se distinguuntur. Sufficit quod Canon ille ex Synodo provinciali excerptus, non pertineat ad Germaniam trans-Rhenanam, sed ad Franco-Galliam, de qua non loquimur. Deinde non sequitur, in dicto Canone sit mentio manumissionis testamentariorum, ergo ea apud Franco-Gallos tum temporis etiam fuit usu receptæ; non magis ac si quis argumentaret: extat manumissio per vindictam in privilegio Rectoris Kiloniensis, ergo

## §. VII.

Igitur et si demus, hodie existere posse casum, *Sive manci-*  
 ubi infidelium mancipiorum aliquod vel inter vivos *pium belli*  
 vel per testamentum, & quidem in fraudem credi-*captum in*  
 torum manumissum fuerit, tamen non affererem, *fraud.credit.*  
 manumissionem illam ex lege *Ælia Sentia esse impe-*  
 diendam, (q) nisi ipse servus fraudis fuerit con-*manumittat-*  
 fcius. (r)

## §. IX.

Quod si quis hominem proprium manumitte- *Sive homo*  
 ret quounque modo, credo casum fraudulentæ *proprius, qui*  
 manumissionis tum non esse dabilem; quia sive ma- *non potest in*  
 numissio fiat absque prædio, (s) sive cum prædio, (t) *fraud.credit,*  
*nihil manumitti.*

F

ergo hæc manumissio in  
 Holsatia fuit usu recepta.  
 Confer *dīct. diss. cap. 2. §. 42.*  
 Quantum mihi constat, in  
 legibus vetustis Francorum,  
 aut in formulis Marculfi hu-  
 jus manumissionis testa-  
 mentaria non fit mentio.  
 Imo ipsa testamentaria dispo-  
 sitio, quanta quanta est, se  
 apud Francos etiam, diu post  
 illud concilium animis Lai-  
 corum insinuavit, ut tandem  
 in Gallia recuperetur, lon-  
 gissimo demum postea tem-  
 pore in ipsa Germania.

(q) Ob rationem modo  
 dictam *lit. o.*

(r) Nam hic utique obti-  
 neret illa æquitas singularis  
 actionis Paulianæ, *de qua jam*  
*supra actum §. 7. cap. 1.*

(s) Homines enim proprii  
 servititia sua præstant intuitu  
 prædi, & si eorum unus de-  
 ficiat, non deficiet alter in  
 locum ejus successurus, unde  
 nec soli vendi solent, sed  
 cum prædiis. Nisi forte præ-  
 dia sint talia, qui non alios  
 Colonos facile invenirent,  
 quamvis & hic casus vix  
 concipi possit.

(t) Puta, si prægium ipso  
 manumisso donet, velleget.  
 Finga-

nihil decedit creditoribus intuitu servi manumissi,  
intuitu vero prædii non opus habent lege Ælia Sen-  
tia, sed sufficiunt jura communia. (u)

## §. IX.

*Limitatio  
legis A. S.  
servo heredi  
necessario in-  
stituto, apud  
Germanos  
nullum habet  
usum,*

Quamvis vero frustra solliciti essemus de usu  
practico limitationis quoad hoc caput legis Æliae  
Sentiæ, si ipsa regula nullum usum habet, infuper  
tamen quoad exceptionem & illud notandum, & hic  
apud Germanos deficere rationem exceptionis Ro-  
manæ, (x) adeoque etiamsi regula apud Germanos  
usum habitura esset, non tamen usum habiturum  
exceptionem, si quis, qui non solvendo est, here-  
dem instituat servum, ea intentione, ut bona ipsius  
nomine auctione publica vendantur. (y)

## §. X.

Fingamus enim & hoc, quod  
rarissime existit.

(u) Si donaverit, actio  
Pauliana, si legaverit, regu-  
la: quod legata non debean-  
tur, nisi deducto ære alieno.

(x) Scilicet, quia apud  
Romanos pro magna igno-  
minia habebatur, si publice  
debitoris bona sub hasta ve-  
nierint, per dicta cap. preced.  
§. 16. Quæ ratio cum Roma-  
nianis plane peculiaris fue-  
rit, apud alias gentes non  
fuit recepta. Cum varii mo-

di possint contingere, ut quis  
bona fide posit definire es-  
se solvendo, unde nec in-  
famis sit, nec ab officio pu-  
blico removetur. Philippi  
Uf. pma. Inf. lib. 1. Et. 41.

(y) Nam apud nos & alios  
populos vicinos si bona de-  
functi sub hasta per auctionem,  
vel Ausuff vendantur, vel si id etiam de bonis  
viventis fiat, ignominiosum  
haud est. Dn. Hoppe ad §. 1.  
Inf. bic. Taceo, quod ista  
occultatio infamia apud Ro-  
manos

manos magis in opinione irrationali, quam in principiis rectis rationis fundata fuerit. Velenim fortuitis causibus quis definit esse solvendo, vel dolo malo. Si prius, contra rationem habebatur pro infami. Si posterius, fama parum proderat, si bona Stichi manumissi nomine venderentur. Quid enim, an putas homines ita stupidos fuisse, ut putarent, Stichum manumissum esse de coctorem bonorum, quem omnes scirent, manumissum esse eum in finem? ut non potius eo cum majori curiositate inquirerent in verum nomen debitoris, isto pallio ad tegendam propriam ignominiam nimis brevi, utentes.

Fateor, in valde populosis civitatibus concives de factis aliorum concivium non ita esse sollicitos, ut in municipiis copia populi carentibus, sed tamen in civitatibus cuiuscunque magnitudinis & hominum copia communе vitium est, ut concives nimis exacta diligentia inquirant in facta concivium, potissimum tem-

pore nuptiarum, promotionis & mortis. Adeoque quossum me vertam, nihil aliud reprehendo, quam quod Romani saltem per illud inventum necessarium heredis, non meriti fuerint gloriosum nomen, ut a Scholasticis *cordatissimi illi mortaliū vocentur*. Scio quidem, quod nonnulli DDrum quoad usum præticum hujus limitationis urgeant, quod moribus nostris etiam de coctores, quorum bona publice sub hasta venduntur, sicut infames, imo & in novissimis resolutionibus gravaminum provincialium in Saxonia tit. von Justitien Sachen §. 78. teneantur in signum illius infamie gestare flavi coloris pileum. Sed & id scio, illum paragaphum nunquam in Saxonia fuisse in praxia deductum, nec sperandum, ut unquam in praxin ducatur. Scio, Germanos olim *fidelissimos illos mortaliū* (juxta proverbium: Ein Wort / ein Mann) novioribus temporibus mores plane mutasse, & cum olim Philosophus

*Ratio secundi capituli legis AE. S. ut distinctius  
di capituli le-  
gis AE. S. non  
quadrat ad  
mores Ger-  
manorum.*

De usu secundi capituli legis AE. S. ut distinctius formemus conclusiones, initio certum est, rationem hujus capituli plane non quadrare ad mores Germanorum, (z) unde nec ipsa lex AElia Sentia unquam recepta hac parte dici poterit. (a)

## §. X.

Gratus dixerit, regium esse bene facere, & male audire, apud Germanos contra hodie a multis etiam in dignitate constitutis (juxta aliud proverbium: *Susagen ist re. halten ist re.*) si non pro regio, saltem pro egregio haberi, bene accipere & male solvere. Sed iste frustis deducere, hujus loci non est, cum pertineat potius partim ad tit. de hered. qual. & different. partim ad iiii. ff. de cession. bonor. Confer interim Dn. Beierum & Schilterum ad hunc ff. titulum.

(z) Vid. cap. i. §. 36. videlicet ne jus civitatis Romana, quod tanta dignitatis erat, ut & Regibus honoris ergo offeretur, vilesceret, si qui liber servi nequam ejus participes fierent. At apud Germanos liberti semper

non multum fuerunt supra servos. vid. diff. fab. Dn. Praef. habitam de ingen. & liberi. cap. 2. §. 6. 26. 29. 35.

(a) Argumentum nostrum plane invertit Dn. Hoppe hic, putans videlicet non æque favorabilem esse manumissionem hominum propriorum, ac erat servorum apud Romanos, cum homines proprii jam ante manumissionem fere liberi homines sint, non autem illi tales fuerint. Sed hic multa moneri possent. Primo pre-judicialis quæstio foret, an causa libertatis ex natura sua sit favorabilis, an apud Romanos semper pro tali habita fuerit, an vero demum in statu Monarchico, aut etiam circa tempora demum Justiniani. Deinde an in concursu favoris causæ libera-

## §. XI.

## §. XI.

Addo quod minorum apud Romanos plane alia illa nec ratio fuerit conditio, ac apud Germanos. Apud illos in conditionis inviti Curatores non accipiebant, (b) & consequenter minorum in libere poterant alienare res quasvis mobiles, ergo iuitu alienationis inter & servis libertatem dare; unde ob utilitatem Re vivos. publ. libertas haec per legem Aeliam Sentiam erat restringenda. At apud nostros minores, qui inviti curatores accipiunt, (c) & ipsis non consentientibus nihil alienare possunt, prohibitione legis Aeliae Sentiae non fuit opus, nec hodie est. (d)

## §. XII.

Unde si hodie minor cum consensu curatoris manumittere vellet Turcam captivum, valeret manumissio, nec opus esset probatione causae justæ, si absque curatore, & tamen vellet validam esse manumissionem, non haberemus consilium, & recuperatores ad id a Romanis datos, imo si ex amore juris

F 3

Justi-

liberalis & favoris Reipubl. posterior priorem, an prior posteriore debet vincere. Multa hic ad observations illas suppeditabit disputatio Dn. Praefidis cum Placcia in Institut. jur. div. post lib. 2. de favorabilibus & odioj. Porro falso presupponi, homines proprios esse liberos, aut magis liberos, quam servos Romanos. vid. disserit. de li-

beris & servis. cap. 2. §. 53. seq.  
it. §. 70. Denique, quasi per manumissionem hodiernam homines proprii magnum libertatis gradum accipient, cuius tamen contrarium, modo vidimus in not. preced.

(b) §. 2. Inst. de Curator.

(c) Nor. in notis ad d. §. 2.

(d) Consentit Dn. Hoppe ad §. 4. hic,

(e) Ad-

Justiniane quemlibet magistratum hic substituere  
velis, non video cur non magistratus minorem de-  
beat remittere ad consilium sui curatoris. (e)

## §. XIII.

*De usu manumissionis testamentaria minoribus factae.* Quod si denique minor hodie servum in testa-  
mento manumitteret, deberet equidem dici, nova-  
tionem Justiniani, quam hic in correptione legis Æliae  
Sentiæ fecit, partim iterum non quadrare ad mores  
nostros (f) partim, cum supra (g) ostenderimus, eam  
correctionem plane esse irrationalibilem, non præsumi  
eam a nobis esse receptam. Vereor tamen, ne, si  
modo casus contingat, hic contrarium observaturi  
sint judices & JCti, & pronunciaturi, valitum esse  
manumissionem, (h) neque sic quidem male, (i)  
modo

(e) Addc, quod causa  
pleraque, qua apud Roma-  
nos in causæ cognitione ver-  
tabantur, de quibus egimus  
cap. i. §. 22. seqq. etiam non  
quadrant ad mores nostros.

(f) Nam apud Romanos  
minores ideo, quia inter vi-  
vos libere alienabant, & ad  
ministratio bonorum ipsi  
concederetur, nihil etiam  
obstat, quo minus &  
post pubertatem testamenti  
factio illis indulgeretur. At  
apud Germanos minorum,  
ut diximus, alia fuit ratio.

(g) cap. i. §. 41. seq.

(h) vid. Dn. Hoppe ad §.  
ult. hic.

(i) Et si enim Jurispru-  
dencia nostra Germanica, &  
in primis usus practicus non  
ubique rationalis sit, neque  
etiam adeo bene coharet, quod nos minoribus indul-  
ferimus testamenti factio-  
nem, & tamen iis non con-  
cesserimus liberam admini-  
strationem rerum suarum  
inter vivos, ista tamen affer-  
tio ita defendi potest, quod  
supposito, minoribus apud  
nos

modo non dicas, id fieri ex usu juris Justinianei, quatenus legis *Ælia Sentia* correctorum fuit. (k)

nos concedi testamenti factio-  
nem, & supposito, quod  
Reipubl. Germanica non ita  
intersit, an homines proprii,  
vel mancipia Turcica manu-  
mittantur, cum & manumis-  
si parum differant a servis,  
nulla subsit ratio, cur ea va-

lere non deberet.

(k) Ut enim lex *Ælia Sentia* nunquam pertinuit ad mores Germanie, ita etiam ejus correctione & allegatione Nov. 119. cap. 2. aut §. ult. Inflat. b. r. apud nos non est opus.

### CAP. III.

## Explicatio & emendatio Institutionum de L. Fusia Caninia.

### S U M M A R I A.

Occasio legis Fusia Caninia §. I. Legis Fusia Caninia de-  
nomination & tempus. §. II. Ejus sententia. §. III.  
Intentio legis. §. IV. Non respiciebat lex manu-  
missiones inter vivos. §. V. Nisi fierent in fraudem  
legis. §. VI. Effectus legis, si quis contra fecerit.  
§. VII. Manumisso debebat nominatum fieri. §. IX.  
Aut per descriptionem. §. IX. Nisi in fraudem id  
factum. §. X. Obligabat etiam lex milites. XI. Re-  
spondetur ad argumenta dissentientium. §. XII. An  
lex etiam pertinuerit ad libertates fideicommissa-  
rias? §. XIII. Justiniani abrogatio an prudens. §.  
XIV. Non intelligit rationem legis Fusia. §. XV.  
Allata insuper insufficiente abrogationis causa. §.  
XVI. Error interpretum inde orsus. §. XVII.

§. I. In-

## §. I.

*Occasio legis  
Fusia Canin-  
nia.*

**I**nter abusus manumissionum apud Romanos erat & ille, quod saepe manumitterentur servi per dominorum levitatem, gloriari inde captantium, idque potissimum contingebat, dum homines avarissimi in testamento absque ullo judicio manumitterent servos, etiam immerentes, saltem ut in pompa funebri multi pileati apparerent, qui defuncti merita & liberalitatem prædicarent. (a)

## §. II.

*Legis Fusia  
Caninia de  
nominatio  
tempus.*

Quare prudenter lege Fusia Caninia obviam irum huic abusui. Vero similius autem est, eam primo latam fuisse Anno U. C. 706. Consulibus Quinto Fusio Caleno, & P. Vatinio, postea vero retractatam ab Augusto rogante G. Canimio Gallo Consule Anno V. C. 751. & ita, quæ primum Fusia solum dicebatur, postea Fusia Caninia appellata fuit. (b)

## §. III. Con-

(a) Huc spectant verba Dionysii Halicarnassei Antiquit. Roman. lib. 4. cap. 28. Scio, inquit, qui tota servititia testamento libera esse jussérunt, ut benignitatis laudem ferrent post obitum, & in funeris elatione, leticiam eorum magna pileorum prosequeretur frequentia, in qua pompa quidam erant, ut a scientibus, audivi, recens dimisi e carcere, malefici, mille supplicia meriti. Ilos impuros

Urbis pileos plerique cum somnaculo spectant, & respiunt eorum consuetudinem, indignum facinus clamitantes, populum rerum Dominum, & usurpatem sibi Orbis imperium talibus contaminari civibus. Adde lun. C. de lat. libert. tollend. verb. Qui Domini funus pileati antecedunt.

(b) Rvardus conject. l. 2. c. 1. Oiscilius ad Cajii Institut. l. 1. tit. 4. p. m. 42.

(c) Cajus

## §. III.

Constituit autem lex Fusia Caninia, ut certus servorum numerus testamento manumitteretur. *Eius sententia.*  
Sci-  
licet, ut si quis duos saltem servos haberet, ambos manumittere posset, a tribus vero ad decem partem diuidiam, a decem usque ad triginta partem tertiam, a triginta usque ad centum partem quartam, a centum usque ad quingentos partem quintam. (c) Plures autem quam centum ex majori numero (d) servorum manumitti non licuit. (e)

## §. IV.

Quemadmodum vero locus Dionysii modo ad *Intentio* ductus docet, intentionem legis primariam fuisse, *legia.*  
ut vanitati testatorum occurreret, & ne civitas Ro-

G mana

(c) Cajus *l. i. tit. 4. Ulpianus tit. i. §. 24. Paulus recept. sen- zent. lib. 4. tit. 14. §. 4.* Sic ta- men, ut ait Ulpianus, ut semper liceret partem præceden- tis numeri manumittere, v. g. a decem usque ad septen- dicim quinque, & ita de catego- ris. Sed ea de re quidem nul- lum est dubium. Id dicere voluit Ulpianus a decem ad septendecim v. g. non plures quam quinque esse manu- mittendos, sed demum, si quis octodecim servos habe- ret, ut cum sex tanquam par-

tem tertiam manumittere posset. Confer Cajum *d. loco.*

(d) Ita Claudium Isidorum Pliniq testatur possedisse plus quam quatuor servorum mil- lia. Niciam & Mnasone habuisse mille servos testatur Athenaeus *lib. 6.* qui etiam addit, apud Athenenses & Eginatas inventas plus quam 40. servorum myriades. Francisc. Bald. *in comment. ad b. tit. in fine.*

(e) Cajus, Ulpianus, Pau- lus *da. II.* Hic pertinet, quod Vopiscus de Tacito Impera- tore

mana nimia copia libertorum & sordidorum hominum contaminaretur, (f) ita patet, alios rem ac non tetigisse, qui putant, intendisse legem Fusiam Canninam, ne rem suam omnem perderent testatores, & heredibus parum aut nihil relinquenter. (g)

## §. V.

*Non reficie-  
bat lex ma-  
numissiones  
inter vivos.*

Pertinuit autem lex Fusia faltem ad manumissiones testamentarias. Unde si quis voluerit inter vivos quocunque modo manumittere, etiam omnem familiam, id non fuerat prohibitum, modo non obstatet lex alia. (h) Neque computabantur manumissi inter vivos in numero servorum manumissorum. Fugitiivi tamen, cum eorum possessio animo retinebatur, computabantur. (i)

## §. VI.

*Nisi fierent  
in fraudem  
legis.*

Quod si vero quis in ægritudine constitutus in fraudem legis facere nollet testamentum, sed epistolis, aut quocunque alio modo plures servos, quam per testamentum liceret, manumittere vellet, fraus ista reprimebatur, ut eodem modo de his manumissionibus pronunciaretur, ac si in testamento manumissio facta fuisset. (k) Eadem est ratio, si jam testamento

tore scripsit: *Servos manumis-  
fit, infra centum tamen, ne Ca-  
nninam transire videretur.*

(f) Oifelius ad d. l. Caji.

(g) Ut post Cujacium re-  
petit Wissenbach ad L. un. C.  
de lat. lib. toll.

(h) Catus d. i. 4. §. 1. & 4.

Quia videlicet tales manumissiones furibundæ inter vivos non erant frequentes, & sic ratio legis cessabat, Conf. dicta cap. 2. §. 6. lit. o.

(i) Paulus d. l. §. 3.

(k) Catus d. l. §. 3.

(l) Pau-

mento scripto moribundus ultra numerum licitum quosdam alios per epistolam aut Codicillos manu-  
mitteret, (1)

## VII.

Itaque si quis plures in testamento manumi- *Effectus legie*  
sisset, quam lex permetteret, qui prius nominati *si quia contro-*  
erant, usque ad numerum permisum saltem liber- *ficerit,*  
tatem accipiebant, posterius nominati manebarant  
servi. (m)

## §. IIX.

Igitur & nominatim servi testamento manumis- *Manumisso-*  
ti secundum legem Fusiam debebant. Quod si enim *debebat no-*  
confuse quis omnes suos servos & ancillas testamen- *minatim fie-*  
to manumisisset, omnes manebarant in servili condi- *ri,*  
tione. (n)

## §. IX.

Nominatim autem manumisisti etiam censeban- *Aut per des-*  
tur, si ab officio vel alio modo essent descripti, (o) *criptionem.*

G 2

nisi

(1) Paulus d. l. § 2. Oife-  
lius d. l. p. 47.

(m) Cajus ibid. §. 2. Idem  
etiam in aliis negotiis testa-  
mentariis fuit receptum l. 83.  
§. 1. de hered. insituend. l. 24.  
qui & a quibus manum. l. 24. §.  
17. de fideicom. lib. l. 60. de hered.  
insit. l. 34. de usufr. l. 77. §. 12.  
§. 24. de leg. 2.

(n) Paulus d. l. §. 1. Ulpia-  
nus §. ult. Gaius §. 2.

(o) v. g. obsonatorem, vel,  
qui ex ancilla illa nascerut, li-  
beram esse volo. Paulus §. 1.  
aut: dispensator meus, cellararius  
meus, Coquua meus, Pambili  
mei filius l. 24. ff. de man. testam.  
qua lex adeo nullum alium  
usum habet, quam ut legem  
Fusiam, a Justiniano tamen  
abrogatam explicet, unde de-  
buisset omitti a compilato-  
ribus.

(p) Pau-

nisi forte plures fuissent, qui eo officio designarentur. (p)

## §. X.

*Nisi in frau-  
dem id fa-  
ctum.*

Quod si vero quis in fraudem legis nominatim quidem manumisisset, sed eo tamen ordine scripturaræ, ut qui prior qui posterior nominatus esset, cognosci non potuerit, veluti si in circulo aut orbe tereti (q) scriperit nomina, nulli libertas competebat. (r)

## §. XI.

*Obligabat etiam lex milites.* Neque miles videtur ab observantia legis Fusiax fuisse exceptus, quia pro fine habebat utilitatem publicam. (s)

## §. XII.

(p) Paulus d. §. i.

(q) In orbe ac pila enim nihil est imum, nihil summum, nihil extremum, nihil primum. Seneca de benefic. lib. 5. cap. 8. *Nimis ergo, ut hoc obiter intersemam.* (Non mea hic, sed Wissenbachii in Comment. ad C. de lege Fusia Caninia toll. p. m. ii. verba recito) confidenter ille Pseudo Dionysius Areopagita (quorundam delicie qui similia habent labia lactucta) cap. 7. de divinis nominibus loquens de angelicis membris, circulo, inquit, (i. e. fine ordine, confuse) rerum veritatem ineunt.

(r) Gajus d. §. 2. & ibi Oisilius p. 46. Sic Solon apud Ausoniūm in ludo septēm sapientum

*Recte olim ineptum Delphicus lusit Deus  
Querentem, quānam primus  
sapientum foret;  
Ut in orbe tereti nomina eorum inscriberet,  
Ne primus esset, ne velimus  
quiāpiam.*

(s) Arg. l. 8. §. i. qui & a quibus. Conf. cap. 1. §. 9. differt. Oisilius d. l. p. 42. per l. 51. de manumiss. testam.

(t) Nam

## § XII.

Etsi enim Papinianus responderit, in testamento *Respondetur* centurionis, qui servos suos venire prohibuisset, ac *ad argumentum* petuisset, eos manumitti prout *quisque meruisset*, libera-*dissentientium* tates esse utiliter datas, sic ut omnes ad libertatem pervenire possent; si nemo servorum offenderit, non tamen haec decisio Papiniani deducenda est ex privilegio testamenti militaris, sed quod ejusmodi manumissio fuerit fideicommissaria & conditionata, & quidem adjecta tali conditione, quae non pertineret ad legis Fusiae Caniniae rationem. (t)

## §. XIII.

Ex dictis facile patet decisio quaestionis, an lex *An lex etiam* Fusiae Caninia *pertinuerit etiam ad fideicommissarias* libertates? Respondendum siquidem erit, primario *ad libertates* respexisse legem libertates directas, non *fideicommissarias.* (u) nisi haec in fraudem legis factae fuerint. (x)

G 3

§. XIV.

(t) Nam lex Fusiae Caniniae voluit saltem coercere manumissiones servorum indignorum ut manumitterentur. Unde & ea clausula: *Servi qui sine offensa fuerint, liberi sunt, item, rogo si te promoveruerunt, dignos eos liberitate existimes, effe etum suum habebat etiam in testamentis paganorum d. l. 51. §. 1. i. l. 20. de manumiss. testam.* Accedit, quod in libertatibus fidei-

commissarii quodammodo (dico quodammodo *arg. d. l. 20.*) in arbitrio fideicommissariorum positum erat, an vellent servos tales manumittere, adeoque tum manumissio eorum magis referenda esset ad manumissiones inter vivos (quas non respiciebat lex Fusiae per dicta §. 5.) quam ad testamentarias.

(u) Huc pertinet l. 22. §. 1. *defideic.*

## §. XIV.

*Justiniani  
abrogatio  
an prudens?* Etsi vero rationes legis Fusiae Caniniae tales essent, ut apud quoscunque Rerumpublicarum moderatores valere deberent, eam tamen tollendam censuit Justinianus, maximus libertatis Fautor, sed deterio-

de fideic. libert. A duobus heredibus, qui tres servi habebant. petit; ut duos ex his, quos voluerint, manumittant. Altero heredum latitante, alter declinant, quos velit manumittere. Poserit dici, fieri liberos; ut perinde libertas competit, ac si praesens solus manumittere potuisset. Quod si ex servis unus decesserit, sive iusta ex causa absit heres, sive fieri non posse, a quo petitum est, decernente Preatore, duos, qui supersunt, fieri liberos convenit. Etsi enim testator hic observaverit modum legis Caniniae; tamen ex dicto textu non probatur; quod observare regulariter in fideicommissariis libertatibus debuerit. Decisio vero causus ultimi in d. l. 22. §. 1. ex utraque hypothesi deduci potest, vel quod hic ab initio a testatore nihil sit peccatum contra legem Fusiam Caniniam, vel quod lex Fu-

sia ad fideicommissarias libertates regulariter non pertineat. Eadem est ratio verborum in l. un. C. de lat. libert. toll. tam directas, quam fideicommissarias. Habent enim genuinum sensum five supponas; lege Caniniae etiam fideicommissarias libertates fuisse notatas, five nobiscum statuas, verba legis saltem respexisse libertates directas.

(x) Huc pertinet responsum Pauli lib. singulari ad L. Falcidiam relatum l. 37. de condit. & demonstr. Si quis eum, quem ipse manumittere non poterat, legaverit, ita, ut eum legatarius manumitteret; et si a legato non repellatur, non est compellendus, ut manumittat, quoniam rotiens secundum voluntatem testatoris facere compellitur, quotiens contralagem nibil sit futurum, idque Neroniu scripte. Et,

(y) Pau-

deterioribus rationibus motus, quam quibus ea fuerat introducta, (y)

## §. XV.

Quemadmodum enim in constitutione ipsa *Non intellexisse rationem*  
nulla plane ratio abrogationis adducitur, (z) ita illa *xit rationem*  
quæ in institutionibus affertur, quasi scilicet *lex Fusia*,  
*si fuerit in viva libertati*, ostendit satis, Tribonianum  
non intellexisse rationem legis Fusiae, & ad nihil aliud  
apta fuit, quam ut *Glossatores* exinde æque inepte  
affuerint, legem Caniniam a canina invidia sic di-  
ctum esse.

## §. XVI.

Quare nec majoris momenti est, quod addi- *Allata insue-*  
tur: *Satis esse inhumanum, vivos quidem licentiam ba-* per insuffici-  
*berc totam suam familiam libertate donare, morientibus ente abroga-*  
*autem hujusmodi licentiam adimere;* cum variae ratio- *tionis ratio-*  
*nones ne.*

(y) Paulus Voëtius in *Comment. hic p. 141.* Quomodo tamen Justinianus etiam hic excusari poscit, repeterendum ex *dissert. de ingen. & libert.* cap. 1, §. 32. Franciscus Balduinus in *comment. ad b. 1.* Justinianum sequentem in modum defendit: *Vidi Ju-*  
*stinianus aperiendam esse liber-*  
*tatibus viam, & laxanda frenna*  
*manumissionum, ne Respubl.*  
*servis repleteatur. Annon trifiles*  
*erant ille divitiae Claudi Isidori &c.* (ubi refert exempla

jam supra ad §. 3. lit. d. ad-  
ducta.) Oratorie magis,  
quam ut multum ponderis  
inesse possit huic defensio-  
ni. Fateor, damna non una  
passam esse Romanum ex nimia  
multitudine servorum; sed an  
propterea laxanda sunt fre-  
na manumissionibus, ut urbs  
humani generis excrementis  
repleteatur, & istis civitatis  
jura tribuerentur?

(z) d. l. ult. C. de lege Fusia  
Canin, toll,

(a) v. g.

nes esse possint, variaque exempla adfint, ubi testamentaria dispositio prohibita est in jure de rebus, quæ inter vivos alienari possunt. (a)

## §. XVII.

Error inter-  
praatum inde  
ortus.

Unde simul corruit, quorundam interpretum collectio ex hoc titulo, quasi argumentatio valeat a contractibus ad ult. volunt. (b) Inprimis, cum in genere satis impertinens sit ex corpore juris colligere aut probare velle regulas ratiocinandi,

(a) v. g. Feuda, bona ad-  
venturia irregularia, Gerada  
Saxonica Noric. in addit. ad  
Vinn. notas hic. P. Voëtius  
hic p. 142.

(b) Joh. Faber & Mynsing.  
bic. Everhard. in locis a contr.  
ad ult. volunt. P. Voëtius hic  
p. 142.

## C A P. IV.

### Usus practicus Institutionum circa legem Fusiam Caniniam.

## SUMMARIA.

Nullus illius tituli usus in Germania. §. I. Declaratio affer-  
tionis. §. II. An Longobardis fuerit usata testa-  
menti factio, III.

## §. I.

Nullus illius  
tituli usus in  
Germania.

Uemadmodum hic ante omnia repetenda sunt monita generalia, de quibus supra egi-  
mus, (c) ita iis præmissis, si de moribus  
Germaniæ accurate loqui volumus, nec  
lex

(c) Cap. 2. §. 1. & §. 5.

lex Fusia ibi locum habuit unquam, nec ejus correctio.

## §. II.

Non illa, quia Germani olim testamenta omnia ignorabant, hodie vero receptis testamentis, non tam *assertio-*  
men receperunt solennitates Romanorum finebres, & ita casus, ob quos lex Fusia fuit lata, apud Germanos non est, nec fuit dabilis. Non haec, quia non ens non potest corrigi.

## §. III.

In tantum autem nostrae argumentationi considerimus, ut putemus, nec Longobardos, et si in Italia *Longo-*  
degentes, ac dominantes, receperisse testamenta & testamenteria *bardia fuerit* *testata testa-*  
stamentarias manumissiones, multo minus lex Fusia Caninia, aut ejus correctio apud ipsos fuerit re-*menti factio-*  
cepta, sed potius sibi persuaserint, testamenta re-*pugnare moribus Germanorum.* (d) Unde jam

## H

facile

(d) Nam in toto volumine legum Longobardicarum exemplum testamenti actionis non occurrit. Non obstat, quod in indice Lindenbrogi ad Codicem LL. antiquarum legatur: Testamentum rumpi apud Longobardos, si cui sius heres nascatur, & ad id allegetur l. 2. tit. 14. l. 13. Item quod ad questionem, testamenti actionem qui habent, allegetur tot. tit. 18. Leg.

*Longob. lib. 2. Adde, quod rubrica dicti tit. 18. sit concepta de ultimis voluntatibus. Nam omne quidem testamentum est ultima voluntas, sed non omnis ultima voluntas est testamentum. Deinde in d. tit. 18. & d. l. 13. plane non agitur de testamentis, sed de donationibus, quæ ibi intelliguntur per thinx & thingare (vid. du Fresne hoc voce.)*

(e) Dn.

facile responderi potest dubio cuidam ex legibus Longobardicis defumto, in primis cum ipse, qui id proposituit, non multum roboris ei inesse putet. (e)

(e) Dn. Pottgiesser de conditione & statu servorum apud Germanos lib. 3. cap. 13. §. 6. Apud Longobardos quoque deprehendi, manumissionem servorum exorbitantem testamento factam irritam & nullam judicatam fuisse, & quidem lib. 2. tit. 25. §. 10. (in l. 5.) Quo loco Pipinus sanxit sequentia: De filia, cuius pater per manum erogatoris omnes servos suo iussit fieri liberos, & quia contra legem esse videtur, instituimus, ut in tertiam portionem de praefatis rebus iterum introire posfit. Hic vocem erogatoris pro executore testamenti sumi admodum probabile puto. (Putat & du Fresne voce Erogator & hunc ipsum locum allegat. Sed falli utrumque constat ex observatione precedenti. Per Erogatorem intelligo Procuratorem, einen Haushoff-Meister.) Nunc vero in anticipi hevo, an dicam, cum lege Fustia Caninia Longobardorum institutum consentire, & manumissio-

nem per testamentum certo servorum numero circumscribere, ideoque Patris manumissionem exeo, quod numerum praefatis excessisset, revocare? An vero statuam, revocari manumissionem, quod filia in legitime lessa esset, & supplementum petisset, quod posterius mihi quidem magis arridet. (Nullum dubium, si modo intelligas legitimam non Romanam sed Longobardicam. Respicit nempe Pipinus ad l. 1. cod. tit. ubi Luitprandus: De eo praeципimus, qui filium in casa habuerit in capillo &c., ut de rebus suis amplius per nullum italum cuicunque per donationem, aut pro anima sua facere possit, nisi partes duas, tertiam vero relinquat filie sua.) Has ut complura alia subinde crucem figurant, sed exercant illorum industriam, qui in adita iuria Germanici penetrarunt, mihi non contigit esse tam felicem, cum id solcite indagare vita presentis (militaris. Sed uitiam togati rubore suffundentur,

rentur, cum videant milites  
in moribus patriis eruendis  
tam erudita diligentia eos  
antecellere) ratio non ferat.  
Præterea & ad quendam nu-  
merum manumissionem restri-  
ctam esse docetur Capitular. lib.  
6. cap. 26. (secund. edit. Ba-  
luz.) De servis propriis (sunt  
verba Capituli) vel ancillis, ut  
non amplius condeantur vel ve-  
leniur, nisi secundum mensuram.

( ut Fredegarius loquitur,  
mensurae i.e. mediocriter du-  
Fresne hac voce. Ergo  
hoc secundum mensuram hic  
non denotat certum nume-  
rum, ut Potgiesserus puta-  
vit, sed ut receptio in mo-  
nasteria fiat cum eo tempera-  
mento, ne villa defolentur.)  
Et ut ibi satisfiat, & villa non  
sint defolata. Hactenus Pot-  
giesserus.

## F I N I S.

## Corrigenda &amp; emendanda.

Pag. 7. §. 1. lit. e. col. 2. leg. conjecturis. p. 8. §. 2. lit. f.  
leg. a Justiniano. lin. 14. p. 9. §. 4. leg. Sentia pro senten-  
tia. p. 10. §. 4. lit. l. lin. i. del. qui & ex quib. & leg. quæ  
in fraud. credit. p. 10. §. 5. pro Eliâ leg. Eliâ. p. 13.  
§. 6. pro Ulpiani leg. Juliani, & ita in not. lit. t. p. 16. §. 10.  
lit. g. post §. 1. del. de R. J. & pon. post l. 79. ff. de R. J.  
p. 22. §. 19. pro Concilium leg. Consilium. p. 33. §. 48.  
lit. b. col. 2. pro tit. 3. §. 2. leg. tit. 1. §. 8.









Ka 3755, b


VD 18



58

1002





DISSERTATIO INAUGURALIS  
**USU PRACTICO**  
**DOCTRINÆ**  
**IMPEDIMENTIS**  
**MANUMISSIONIS,**

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
 SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
 PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRAN-  
 DENB. RELIQUA

*Ex decreto & auctoritate illustris JCtorum ordinis*  
 PRÆSIDE  
**Dn. CHRISTIANO THOMASIO,**  
 POTENTISSIMI BORUSSIAE REGIS CONSILIARIO  
 INTIMO, UNIVERSITATIS FRIDERICIANÆ DIRECTORE  
 AC PROFESSORE PRIMARIO, ET FACULTATIS JURIDICÆ  
 ORDINARIO,

*PRO LICENTIA,*  
 Summos in utroque jure honores & privilegia Doctoralia  
 legitime consequendi,

IN AUDITORIO MAJORI  
*Ad D. 9. April. Anno M DCCXII. horis ante & pomeridianis*  
 publico eruditorum examini submitit

**CHRISTIAN GEORG RICKEMANN,**  
 Lüneburgensis,

*HALÆ MAGDEBURGICÆ, LITERISSALFELDIANIS.*